



c.

+ 1130244

16  
COP

CLAVE  
DE LOS EJERCICIOS  
DE  
COMPOSICION LATINA,

SIGUIENDO EL MÉTODO DE M. CAMPAGNOL

*ha arreglado para el uso de los alumnos de la segunda enseñanza*

EL LIC. D. RAFAEL DE VEGA Y ARETA,  
CATEDRÁTICO DEL INSTITUTO DE BURGOS.



BURGOS:  
IMPRENTA Y ESTEREOPTIPIA DE POLO.  
1867.

# AMITAI KODOMO

EXCELSIOR PRESS - MURRAY HILL, NEW YORK CITY

PRINTED IN U.S.A. BY THE AMERICAN PRESS COMPANY

11 YARDLEY BLVD., PHILADELPHIA, PA.

1936 300075-00821 200 001

# COMPOSICION LATINA.

CLAVE DE LOS EJERCICIOS.

## I.=ROSA.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Militibus opus est prudentia ducis.
2. Socrates assuetus erat preferendis injuriis.
3. Archimedes peritus erat inveniendi machinas bellicas.
4. Musæ! afflate poetas qui celebrant gloriam deorum.
5. Poeta Sophocles pulchras fecit tragœdias.
6. Bellum nocet agricolis.
7. Stellarum lux nautas dirigit in aquis.

### 2.<sup>o</sup> PARTE.

8. Sagittæ sunt instructæ pennis.
9. Ex omnibus bestiis, simiæ simillimæ sunt homini.
10. Sorbus fert baccas edules.
11. O nauta incaute! tuam committis scapham undis iratis.
12. Luna et stellæ terræ sunt propiores sole.
13. Agricolæ! prospicite patriæ.

## II.=ROSA.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Aquæ circumdant terram.
2. Forma lunæ est rotunda.
3. Nautis et piratis opus est audaciæ.
4. Humiles casæ juvant poetas et agricolæ.
5. Dionysius Tyrannus, qui videbatur natus superbiæ cymbam misit vittis ornatam obviam Platoni Syracusas venienti.

6. Noctu, terra lucem mutuatur a lunâ et stellis.
7. Darius, Persarum rex, scripsit epistolam arrogantiæ plenam Alexandro, regi Macedonum.
8. O luscinie! vestræ suaves melodiæ abstergunt curas agricolarum.

2.<sup>o</sup> PARTE.

9. Pluviæ sunt utiles herbis et plantis.
10. Agricolæ utuntur occis ad exercendam terram.
11. Metalla eruuntur e fodinis.
12. Poenæ asperrimæ irrogantur transfugis.
13. Dicitur aquilam nidificare in rimis petrarum.

III.=ROSA.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Omnes disciplinæ constant memoriam.
2. Nati sumus ad justitiam.
3. Qui volet adipisci veram gloriam fungatur officiis justitiæ.
4. Syracusis pulsus, Dionysius Tyrannus Megaram petiit.
5. Lusciniarum color mutatur autumno.
6. In Africâ, elephanti in soveis capiuntur.
7. Aura permulcat corollam rosarum, tuliparum.
8. Porsenna concessit veniam audaciæ Scævolæ.

2.<sup>o</sup> PARTE.

9. Labores agricolarum sunt utilissimi.
10. O vita! fugis ut umbra.
11. Spartæ, pueri virgis cædebantur ad aram Dianæ.
12. Vir bonus inconstantiae fortunæ adversatur.
13. Oculi tuentur palpebris.
14. Deus dedit bestiis sensum et motum.

IV.=DOMINUS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Caro cycni est cruda.
2. Deus dixit Adamo: «Terra tibi feret carduos et spinas».
3. Discipuli pii placent Domino.
4. Populum et pueros juvant ludi.
5. Asinus multum differt ab equo.
6. Amphio Thebas muris cinxit.
7. Philosophus Pythagoras frugalitatem discipulis suis commendabat.
8. Dicitur columbum quindecim aut viginti annos vivere.

2.<sup>o</sup> PARTE.

9. Multitudo morborum est infinita.
10. Curruga vescitur vermis.
11. Cornua cervi utilissima sunt medicamentariis.
12. Dominus cupiens tentare fidem Abrahami, ei dixit: «Abrahame! mi famule, tolle tuum natum et eum immola mihi».
13. Lux sono celerior est.
14. Tenelli hædi! forsan vorabimini a lupis avidis.
15. Materiarii utuntur fraxino et fago.

V.=DOMINUS.—PUER.—TEMPLUM.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Alexander magnificas duxit exsequias equo suo Bucephalo.
2. Refert puerorum audire viros.
3. Apri, capri et colubri sunt pestis agrorum; itaque agricola laqueos intendit apries, capris et colubris.
4. Magister! magistri! docete vestros discipulos; discipuli! audite eonsilia vestrorum magistrorum.

5. Maxilla inferior crocodili est immobilis.
6. Cancri rubescunt quum uruntur foco.

2.<sup>o</sup> PARTE.

7. Morsus colubrorum est periculosus.
8. Canes et venatores aliquando ab apris mordentur.
9. Dominus viro bono favet.
10. Pueri debent habere libros utiles.
11. Socer amat suum generum et liberos generi sui.
12. Discipuli utuntur magistris suis, arbitris suorum ludorum.

VI.=DOMINUS.—PUER.—TEMPLUM.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Ebrietas est turpissimum omnium vitiorum.
2. Crocodili pariunt ova.
3. Poeta Anacreon exstinctus est acino uvæ.
4. Aurum gravius est argento; ferrum durius est cæteris omnibus metallis.
5. Bella sunt funesta populis.
6. Puer ingenuus amat gymnasium, studium, suos magistros et sua officia.
7. Magistri dant præmia discipulis impigris.
8. Annibal et Philopœmen veneno absumpti sunt.

2.<sup>o</sup> PARTE.

9. Ignis probat aurum.
10. Morum corruptela exitio fuit imperio romano.
11. Fortuna non semper favet consiliis virorum sceleratorum.
12. Divites habent palatia, hortos, agros.
13. Veteres credebant responsis oraculorum.
14. Folia ulmorum et populorum præbent umbram jucundam.

VII.=SOROR.—CORPUS.—AVIS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Passeres! fugite unguis vulturum et accipitrum.
2. Rhinocerotes in naso habent cornu sèpè longum  
tribus pedibus.
3. Autumni Italiæ et Græciæ calore superant æstates  
Galliae.
4. Accipitres vescuntur perdicibus et coturnicibus.
5. Amor laboris est utilis omnibus hominibus.
6. Hieme, ursi dormiunt in antris.
7. Præda satiat voracitatem vulturum.

2.<sup>o</sup> PARTE.

8. Nonnulli quadrupedes gradiuntur posticis pedibus.
9. Isocrates, unus ex clarissimis oratoribus Græciæ,  
unam orationem viginti talentis vendidit.
10. Deus est creator hominis et mulieris.
11. Tauri et arietes sunt duces gregum.
12. Pavonum et upuparum crista similis est apiei.
13. Leonum feritas magno viatoribus terrori est.

VIII.=SOROR.—CORPUS.--AVIS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Omnes duces non funguntur peritè suis muneribus.
2. Auctores quidam immerito putaverunt elephantes  
flectere crura non posse.
3. Legiones romanæ ordine aut cognomine distingue-  
bantur.
4. Ursi tam gravi somno per hiemem premuntur, ut  
ne vulneribus quidem excitentur.
5. Bestiæ sunt mares aut feminæ.
6. Virgilius jussit cremari sua opera.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Vocamus olera, asparagos, carotas, napos.
8. Lysimachus nasum, os, aures, crura, Telesphoro  
abscidit.
9. Animus nobilior est corpore; virtus nobilior est  
robore.
10. Papaverum succus venenum est.
11. Vitia nocent hominibus.
12. Socrates dicebat Alcibiadi: Tuam fregi superbiam,  
et tu mihi crimini vertis meam fidem!

IX.=SOROR.—CORPUS.—AVIS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Ovium greges libenter pascuntur gramine collium  
et vallium.
2. Balænæ vescuntur vermibus, insectis et piscibus.
3. Milites Xerxis, regis Persarum, evertent urbem  
Athenas, sedem litterarum et artium.
4. Romæ , elephantes docebantur incedere per funes.
5. Caro corporis nostri triplici pelle tuetur.
6. Commercium mercium divitem facit civitatem.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Hederæ olim erant destinatæ frontibus doctorum.
8. Agricolæ reformidant aquas torrentium.
9. Quotannis, mense februario, Batavi mittere solent  
classem trecentarum aut quadringentarum navium  
ad oras Americæ , ad captandas balænas.
10. Herbæ cauli innituntur.
11. Alpium et Pyrenæorum juga nivibus perpetuis  
operta sunt.

X.=MANUS.—TONÍTRU.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Senatūs romani jussa populis et regib⁹s pavorem incutiebant.
2. Tempus evertit porticus urbium Græciæ, Ægypti et Romæ.
3. Deus saporem dedit pretiosum fructibus mali, piri et cerasi.
4. Oris lineamenta animi sensus declarant.
5. Leges finem imposuerunt fœneratorum quæstui.
6. Agri, quum plures annos quieverunt, uberiores fructus dare solent.

2.<sup>o</sup> PATRE.

7. Deus solus potest compescere iratos fluctus.
8. Prophetæ erant viri spiritu divino afflati.
9. Pelias promisit se daturum esse filiam suam ei qui feras curri junxisset.
10. Est magistratum saluti patriæ consulere.
11. Alexander solvit nexus currus Gordii.
12. Feræ, non hominis, est quærere quomodo morsum pro morsu, malum pro malo reddat.

XI.=MANUS.—TONITRU.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Pueri tonitru, tonitrua pavent.
2. Cervi cornua vere renovari solent.
3. Bonus rex aurem præbere debet quæstibus populorum.
4. Terræ motus siunt à subterraneis flatibus.
5. Quidquid motu et sensu præditum est, animal est.
6. Romani tonitrua, tonitruum sonitum, secundum omen habebant.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Puer affinis culpæ debet se prosternere ad genua patris sui, qui ei gratiam condonabit.
8. Cornibus cervi sunt rami.
9. Hortulani fructus arborum serendo molliunt.
10. Formidinem vitare debemus, quippe quæ mala det consilia.
11. Quæ gignuntur in terris ad usum hominum creantur.
12. Canes sunt custodes domûs, domuum.

XII.=DIES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Fortuna et honores multis hominibus sunt pernicie.
2. Ægyptii cupiunt eluvies Nili, nos verò reformati mus speciem eluvionum.
3. Quicumque indulget immoderatè luxuriei, brevi pau perie premitur.
4. Nox rerum faciem simul et speciem obtegit.
5. Segnitem vitemus: nam homo segnitiei deditus semper ignotus vivit.
6. Sol est fax dierum.
7. Gallus Sabinus, serie calamitatum, in cellâ subterraneâ novem annos latere coactus est.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Spes! somnium es.
9. Lycurgi leges Spartanos pauperiem pati docebant.
10. Nox diei succedit.
11. Sardanapalus feminas mollitie superavit.
12. Nocturnæ aves diei lucem aversantur.
13. Pauci homines magis student fidei quàm fortunæ.
14. Species faciei Mosis Hebræos terrebant.
15. Res cœlestes terrestribus rebus anteponere debemus.

### XIII.=REGLA DE LOS NOMBRES: MANUS PUERI.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Veritatis sermo est simplex.
2. Magistratum munus est ut consulant commodiscivium.
3. Amasis, *Ægyptiorum* rex, lege sanxerat ut singuli cives, singulis annis, ad provinciarum præfectos accederent; et quisquis probare non poterat se profiteri artem unde viveret, morte afficiebatur tanquam civis societati perniciosus.
4. Lacedœmonii volebant majores natu adolescentium ludis interesse.
5. Natura pectoribus liberorum charitatem in parentes suos infudit.

#### 2.<sup>o</sup> PARTE.

6. Oderunt peccare viri boni, virtutis amore.
7. Tempus est pars æternitatis.
8. Mores incolarum *Ægypti* ab aliorum populorum moribus vehementer discrepant.
9. Mithridates Ponti rex erat.
10. Innatus est nobis cognitionum amor et scientiæ.
11. Arborum viriditas est fructus veris.

### XIV.=REGLA DE LOS NOMBRES: MANUS PUERI.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Olea, insigne pacis, Minervæ dicata erat.
2. Annibal, devictis ad Cannas Romanis, majorem hiemis partem egit Capuæ, in urbe Campaniæ.
3. Vaccarum mamma istius dulcis liquoris receptaculum est, cui butyrum et caseos debemus.
4. Leones aliquando minimarum avium pabulum fiunt.
5. Sapientia genitrix est artium utilium.

6. Siderum multitudo signum est summæ potentiae creatoris omnium rerum.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Lex est regula juris atque injustitiæ.
8. Timor Domini est initium sapientiae.
9. Discessu avium autumnalium, casuque foliorum ad monemurnos præmunire contra brumarum redditum.
10. Altisomni suavitas longi laboris fructus est.
11. Constat leges inventas esse ad salutem civium.

XV.=REGLA DE LOS NOMBRES: MANUS PUERI.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Minimè credendum est blanditiis adulatorum.
2. Dicitur Cyrum memoriam tenuisse omnia nomina militum imperii sui.
3. Mors laborum ac miseriarum vitæ quies est.
4. Pietas fundamentum est omnium virtutum.
5. Luna est fax noctium.
6. Animi morbi sunt cupiditates immensæ divitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum.
7. Tarquinii, Româ pulsi, perfugerunt ad Porsennam, Etruscorum regem.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Lycurgus sustulit in urbe Lacedæmone auri argenteique usum, velut omnium scelerum materiam.
9. Apud Romanos, triumphantium currus trahebant elephantes.
10. Equus domini sui vocem cognoscit.
11. Cervus solitudine et umbrâ nemorum gaudet.
12. Multitudinis testimonium non est gravissimum.
13. Animorum origo in terris inveniri non potest.

## XVI.=REGLA DE LOS NOMBRES: MANUS PUERI.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>.\*</sup> PARTE.

1. Zoroaster, rex Bactrianorum, siderum motus diligenterissimè primus observasse dicitur.
2. Doctrinā et omni litterarum genere Græcia Romam superabat.
3. Barbari septentrionales urorum cornibus potent.
4. Olearum taleæ non plus quatuor digitos supra terram emineant.
5. Salicum satio loco humido fiat.
6. Odium amicitiae venenum est.

### 2.<sup>.\*</sup> PARTE.

7. Major pars victus Germanorum lacte, caseo et carne consistebat.
8. Justitia est societas hominum inter ipsos.
9. Defectiones solis et lunæ prædicantur in multos annos ab iis qui siderum cursus et motus numeris persequuntur.
10. Mentem corrumpi constat hyoscyami foliis, si plura quam quatuor bibantur.
11. Alcium figura caprarum figuræ consimilis est.

## XVII.=RECAPITULACION DE LAS DECLINACIONES.

### 1.<sup>.\*</sup> PARTE.

1. Quum Tyrum obsidione premeret Alexander, misit qui mandarent Judæis ut regem se agnoscerent.
2. Qui quidem, utpote fædere juncti cum rege Persarum, responderunt alius se nunquam principis dominationem passuros esse.
3. Hoc responso, quod significabat fidem Judæorum, tantopere exarsit Alexander, ut cum suo exercitu Hierosolymam rectâ contenderit, ab incolis pœnas repetiturus.

4. Judæi, adventu regis Macedonum conterriti, obviām huic principi occurserunt, ut animum ejus placarent.
5. Aspectu pontificis Dei Israelis ità commotus est Alexander, ut, ad ejus pedes provolutus, eā quā tunc captus erat reverentiā, ipsius Deum coluerit.
6. Deinde templum ingressus est, cujus majestatem ac splendorem est miratus.

## XVIII.=RECAPITULACION DE LAS DECLINACIONES.

### Costumbres de los Indios.

#### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Indorum habitus moresque diversi sunt.
2. Lino alii vestiuntur et lanis arborum; alii ferarum aviumque pellibus; pars nudi incedunt.
3. Quidam bestias occidere eorumque carnibus vesci nefas putant; alii piscibus tantum aluntur.
4. Quidam parentes et propinquos, priusquam annis et macie conficiantur, velut hostias cœdunt, eorumque visceribus epulantur.

#### 2.<sup>o</sup> PARTE.

5. Quidam, ubi senectus eos morbusve invadit, mortem in solitudine æquo animo exspectant.
6. Ii qui sapientiam profitentur, ab ortu solis ad occasum hujus sideris, toto die, alternis pedibus insistunt ferventibus arenis.

## XIX.=RECAPITULACION DE LAS DECLINACIONES.

### La Primavera.

#### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Quum veris tempestas venit, quum terra æstatis ardores nondum sensit, collum pratorumque gramine virescunt.

2. Messes spicas ostendunt; frondes et umbram præbent arbores.
3. Agrorum hortorumque flores vividis coloribus se induunt, montes et valles, ripæ fluminum et amnum, fontium et rivorum, littora maris, rupes ipsæ repuerascere videntur.

2.<sup>a</sup> PARTE.

4. Tum, graminum et arborum foliorum viriditate, jucundâ florum varietate, aspectu montium, collium, nemorum et vallium, viatorum oculi delectantur.
5. Undique audiunt canoros cantus suavemque melodiam currucarum, linariarum, carduelium, lusciniarum et omnium avium quæ sub frondibus arborum, in nemoribus, in montibus, in vallibus, laudes concelebrant Creatoris orbis terrarum.

XX.—RECAPITULACION DE LAS DECLINACIONES.

La Flor.

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Campi sparsi sunt floribus: flos suppeditat apibus unde mel efficiant; suaves perfundit odores; est filia lucis; veri ornamento est, virginibus decori, deliciis poetæ.
2. Apud veteres, coronabat pocula conviviorum, comam sapientis, senis; christiani tegebant floribus martyres, aram catacumbarum; hodie ornat templo.

2.<sup>a</sup> PARTE.

3. Serpyllum inodorat montes; genista operit myricam auro suorum florum; lilyum ornat vallem.
4. Tribuimus sensus colori florum: spem, viriditati; innocentiam, candori liliorum; pudorem, rosæ; fidem, violæ.

5. Apud gentes orientis, flos est animi interpres; est quasi liber quidam, qui neque turbas neque bella concitat, qui servat historiam mutationum animi.

## XXI.=RECAPITULACION DE LAS DECLINACIONES.

Clemencia de Aureliano.

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Imperator Aurelianus quum obssideret urbem quamdam quæ pertinaciter vim vi repelleret, irâ percitus, juravit a se in oppido ne unum quidem canem vivum relictum iri.
2. Tum e civibus quidam, metu mortis perterritus, patriam prodiit.
3. Urbem imperator ingressus est, stipantibus militibus, prædæ cædisque signum avidè exspectantibus.
4. Oppidani, terrore perculti, victori occurunt, et ad ejus pedes cadunt.

### 2.<sup>o</sup> PARTE.

5. Aurelianus, misericordiā motus, eos benigniter excipit.
6. Milites suam illi fidem in memoriam revocant.
7. «Juravi, inquit Aurelianus, a me ne unum quidem relictum iri canem in urbe; canes igitur occidite, civibus autem ignoscite».
8. Sic delusa militum avaritiā et crudelitate, hostium existimationem, suorum amorem, posteriorumque admirationem sibi comparavit.

## XXII.=RECAPITULACIÓN DE LAS DECLINACIONES.

Tarento.

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. In ea Italiae parte quæ vergit ad meridiem, urbs Tarentum surgit.

2. Soli fertilitas, quod omni genere fruges gignit, temperiei clementia, quæ numquam Aquilonum flatu refrigeratur, videntur in causâ fuisse cur veteres regionis incolæ luxui et deliciis se dederint, quod eis pernicie fuit, quippe qui, aliquo postquam splendore floruerant, in Romanorum potestatem venerint.

2.<sup>a</sup> PARTE.

La Tierra.

1. Terra glòbi formam habet.
2. Intrà viginti quatuor horas, ab occidente in orientem movetur.
3. Hoc motu dierum simul et noctium vicissitudines efficiuntur.
4. Movetur etiam circùm solem intrà trecentos sexaginta quinque dies, et ille motus annum et quatuor anni tempora constituit.
5. In parte quæ a sole illustratur est dies; in alterâ, nox.

XXIII.=BONUS.—NIGER.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Vita hominis docti et discipuli impigri est jucunda.
2. Mala consilia perdunt bonos discipulos.
3. Supplicii metus multos homines a scelere avocat.
4. Quum Galli Romam occupaverunt, Romani sinitimas urbes petierunt.
5. Teneri agni, teneræ oves sedulum sequuntur pastorem, teneras pratorum herbas carpendo.
6. Hominibus opus est auxilio divino, ut modestiam colant.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Dii consulunt rebus humanis.
8. Arcus cœlestis colores habet pulchros et varios.
9. Amazones erant mulieres bellicosæ.

10. Omnes homines deberet miserorum puerorum parentibus suis orbatorum.
11. Spectaculum pulchræ messis omnes oculos juvat.
12. Sunt homines qui violare audent jura sacra, fidem sacram, nomen sacrum amicitiae.

XXIV.=BONUS.—NIGER.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Tussis anhela sues ægros quatit.
2. Augustus fuit princeps eximiâ formâ.
3. Matronæ romanæ saltationem non dishonestam exercitationem putabant.
4. Apis acuto instruitur spiculo.
5. Sunt duces quos juvat sinistro præesse cornu; alios magis juvat dextro præesse.
6. Ursi habitant in frigidis Europæ regionibus.
7. Sunt innumeræ fabulæ apud Herodotum, patrem historiæ.

2.<sup>o</sup> PARTE.

8. Magnæ mercedes manent virum probum et justum.
9. Hominum vita jussis supremæ legis obtemperat.
10. Omnes agri non sunt frugiferi.
11. Nilus flumen est magnum et munificum.
12. Rusticani quarumdam regionum ficias aridis et pane hordeaceo vescuntur.
13. Radices scientiæ sunt amaræ.
14. Neminem fugit probitatem esse gratam Deo.

XXV.=BONUS.—NIGER.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Teneris animis liberorum suorum parentes auri et argenti cupiditatem infundunt.

2. Temperati motus corporis vires reparant.
3. Bonis nocet quisquis parcit malis.
4. Puras Deus, non plenas, aspicit manus.
5. Dionysius Tyrannus à Lacedæmoniis exceptus, negavit se delectatum fuisse illo jure nigro quod erat caput cœnæ.
6. Dii non sunt invidi, non fastidiosi.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Jucunda res est servis bonos nancisci dominos, et dominis benevolis uti servis.
8. Ulysses immortalitati gloriosæ parvam anteponebat Ithacam, insulam affixam, tanquam nidulum, in asperis saxulis.
9. Athenienses cumulaverunt Alcibiadem humanis et divinis honoribus.
10. Bona civium existimatio est merces virtutum integrarum.

XXVI.=BONUS.—NIGER.

(Cláusulas sueltas).

4.<sup>a</sup> PARTE.

1. Apes industriæ perlustrant flores novos.
2. Dii possunt tantum placari precibus justis.
3. Claudendæ sunt aures blandis vocibus.
4. Nigrum fert India ebenum.
5. Bonus magister pueros pigros castigare debet et eos impigros et beatos reddet.
6. Apes ducunt succum ex floribus ad mel faciendum idoneis.
7. Poetæ affinxerè Vulcanum claudum.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Phoca seu vitulus marinus canibus et piscibus similis est.
9. Catilinæ grata erant bella intestina.
10. Pes sinister dextro pede facile carere non potest.

11. Patriæ conductit pios habere cives in suos parentes.
12. Populo romano, rerum novarum amore, sinistra Catilinæ consilia probabantur.

### XXVII.—PRUDENS.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Ambitiosi viri plebem spe fallaci concitant.
2. Pecunia prodest divitibus et pauperibus.
3. Solon, quem delphicum oraculum sapientem appellavit, animo firmo et constanti erat.
4. Agebat infelicem Alexandrum furor alienas regiones vastandi.
5. Absentem qui rodit amicum hunc cavere debemus.
6. Chrysipus ait sapientem nullâ re indigere.

#### 2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Sapientis est propium nihil facere cuius ipsum pœnitere possit.
8. Mel solertis apis inertem delectat fucum.
9. Labor, studium, magistri discipulo inertii et loquaci dispicent.
10. Fallacem fortunam dicunt audacibus arridere viris.
11. Hominum fallacium doli sœpè ab hominibus simplicibus perspiciuntur.

### XXVIII.—PRUDENS.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Quum venisset Athenas, Cicero sex menses fuit cum Antiocho, philosopho claro et prudenti veteris Academiæ.
2. In Siciliâ totâ, tam locuplete, tam vetere provinciâ, signum non fuit quin Verres conquerierit et abstulerit.

3. Non terret sapientes mors.
4. Veteres Romani ignoscere malebant quām persequi.
5. Optimum erit pueris dari praeceptores vitiorum expertes.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Reis opus est judicibus clementibus et misericordibus.
7. Arma potentia Achillis infelici Ajaci subrepta sunt a prudente Ulysse.
8. Elegantes domos castores solertes ædificant.
9. Calamitates prævidentur ab homine sapienti.
10. Urbem Salentum condidit Idomenæus, et populos suos divites et potentes præstítit.
11. Veteres populi ingentes tribuebant honores numinibus fallacibus.

XXIX.=PRUDENS.—FORTIS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Alexander, captis Thebis, Pindari poetæ domum incolumem stare voluit.
2. Mens divitum est sæpè dura.
3. Aristides voluit semper niti consiliis factisque utilibus et justis.
4. Immortales dii terribiles pœnas constituerunt perjuris et mendacibus.
5. Mors hominem liberat gravi senectutis onere.
6. Omnibus hominibus sit persuasum Deum esse dominum omnium rerum.
7. Turpe est difficiles habere nugas.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Themistocles, victis prælio navalí Persis, in exilium actus est.
9. Si deus es, dicebat Scytha Alexandro, mortalibus beneficia tribuere debes.

10. Græcorum pueri in scholas itabant litterarum liberaliumve artium discendarum causā.
11. Dion expugnavit Syracusas, quas ab impotenti tyrannorum dominatu liberare cupiebat.

### XXX.=FORTIS.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>.\*</sup> PARTE.

1. Scientia dignit dulces fructus.
2. Memoria virorum illustrium est immortalis.
3. Utilibus factis plena, hominis vita longa est.
4. Equus est animal præditum indole miti et facili.
5. Insuperabilia Alpium culmina mirabilem viatorum oculis aspectum præbent.
6. Annibal Pyrenæos et Alpes itinere diffcili superavit.
7. Lac asinimum ægris salutare prebet medicamentum.

#### 2.<sup>.\*</sup> PARTE.

8. Homines timidi fortes necessitate fiunt.
9. Leo terribilem habet vocem, ingentem animum, admirabilem velocitatem.
10. Indiarum populi putant animas virorum nobilium in corpora asinorum transire.
11. Andromeda objecta est immanni monstro.
12. Illustres viri humili sœpè loco nati fuerunt.
13. Consilia Jovis Tantalus cum mortalibus communicabat.

### XXXI.=FORTIS.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>.\*</sup> PARTE.

1. Aves amant revisere suos dulces nidos.
2. Silvæ dant ligna navibus utilia.
3. Imbelles a fortibus viris facilè vincuntur.
4. Decus et forma sunt fragilia.

5. Constat Deum omnia videre, et animam nostram esse immortalem.
6. Phædrus scripsit montem parturientem gemitus immanes civisse.
7. Aquilæ nonnunquam nidum faciunt in sublimi quercu.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Conari debemus ut efficiamur similes Deo.
9. Meritò dicunt iram furorem esse brevem.
10. Labor improbus omnia vincit.
11. Non omnes arbusta juvant humilesque myricæ.
12. Atticus familiares suos quibus rebus indigerunt adjuvit.
13. Puer qui facili utitur patre non debet abuti ejus facilitate.
14. Homini non datum est esse immortali.

XXXII.=FORTIS, CELEBER.

(Cláusulas sueltas).

4.<sup>a</sup> PARTE.

1. Cervus herbâ silvestri vescitur et bibt aquam salubrem fontium.
2. Libri boni et utiles sunt similes amicis fidelibus, qui salubria dant consilia.
3. Romani equestrem posuere statuam virginis Cleliae.
4. Populi salutem suam juventuti alacri committunt.
5. Pedes avium palustum dissimiles sunt pedibus cæterarum avium.
6. Cæsar nunquam oblitus est celeres impetus Gallorum neque salubria consilia sociorum.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Consentient historici Palmyram fuisse urbem celebrem.
8. Neminem fugit locos palustres insalubres esse.
9. Ardor equorum acrum sæpè periculosus est.

10. Milites juvat ire campestri itinere.
11. In regionibus campestribus oculus non semper re-creatur.
12. Palmæ victoriæ sunt gratæ militibus alacribus, celeribus et fortibus.

### XXXIII.=REGLA DE LOS ADJETIVOS,

(Cláusulas sueltas).

#### 1. PARTE.

1. Jucundum est sitim restinguere rivo saliente dulcis aquæ.
2. Omnes rectæ animi affectiones virtutes appellantur.
3. Socrates omnium sapientissimus oraculo Apollinis judicatus est.
4. Et secundas res splendidas facit amicitia, et ad-versas leves.
5. Homines cæcos reddunt cupiditas, avaritia et audacia.
6. Liberalitatem jucundam debitor gratus facit.
7. Romani appellaverunt senatum summum populi concilium.

#### 2. PARTE.

8. Plurimum uti non debemus hominibus mendacibus, avaris, ferocibus et arrogantibus.
9. Cyrum Sybarem comitem in omnibus rebus habuerat.
10. Lacedæmonii nigro jure vescebantur.
11. Anteponere debemus res honestas rebus utilibus; res utiles, rebus jucundis.
12. Exigui pisces sunt esca piscium grandium.
13. Terra quamvis neglecta validas gignit arbores.
14. Pulchritudo mundi, ordo rerum cœlestium naturam aliquam naturâ humâna superiorem esse confi-teri cogunt.

## XXXIV.=REGLA DE LOS ADJETIVOS.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Vetera vasa sunt mira sculpturâ.
2. Barbaræ gentes degeneribus Romanis pacem vendiderunt.
3. Divites Galliæ campi a turmis trucibus et crudelibus Cimbrorum et Hunnorum vastati sunt.
4. Constat homines magnam percipere utilitatem ex studiis artium liberalium.
5. Græci magnos honores constituerunt athletis, qui in olympiis, pythiis, isthmiis, nemæisque certaminibus vicerant.
6. Minutæ mentis et infirmi exiguae animi voluptas est ultio.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Vespasianus imperator contumeliis respondebat dictis jocularibus.
8. Noli nominare tuum inunicum illiberalem, libidinosum neque scelestum, si visum molestiâ afficere.
9. Jusjurandum tantum adhibeas in rebus necessariis et gravibus.
10. Patres liberos, dum juvenes sunt, ad patientiam rerum salubrium et utilium cogere debent.
11. Parricidium nefarium facinus est, in quo comprehensa videntur omnia sclera.

## XXXV.=REGLA DE LOS ADJETIVOS.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Vespasianus natus est in vico modico Sabinorum et sub paternâ aviâ educatus.
2. Seneca scripsit necessarium esse pueris dari præceptores paedagogosque vitiis carentes.

3. Danaiis et Cecrops, ab Egypto oriundi, agrestes priscorum Græcorum mores mulserunt.
4. Abdolonymus erat affinis priscis regibus Sidonis.
5. Animos generosos gloria delectat.
6. Varro qui imperabat exercitui romano in prælio apud Cannas, huic insigni cladi superfuit.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Diogenes inconditis utebatur cibis.
8. Exemplum formicarum diligentium adolescentes pigros ad laborem incitat.
9. Auguria minacia Romanos admonuerunt de tristi fine Cæsaris.
10. Horrenda scelera urbis execrandæ Sodomæ, erant causa perpetuæ anxietatis Lotho, viro justo.
11. Libri utiles similes sunt amicis fidelibus; homines amant miseros, fortibus autem præbent salutaria consilia, grata solatia.

XXXVI.=REGLA DE LOS ADJETIVOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Lepus, animal timidum, insigni præditus est agilitate.
2. Apris duo sunt dentes, quibus lethalia vulnera infligunt.
3. Magnam partem Bactrianæ steriles arenæ tenent.
4. Maximæ laudes puerum manent impigrum, qui bene utitur dotibus pretiosis quas a naturâ sortitus est.
5. Vires nonnunquam fortem virum deficiunt.
6. Hippopotamus in Africâ australi habitat.
7. Ursus habitat in silvis frigidarum regionum.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Aves palustres longum habent collum, longum rostrum, longos pedes, brevem caudam.

9. Marcus Antoninus, imperator romanus, bonis usus est parentibus, egregiis præceptoribus et fideli- bus amicis.
10. Majores nostri acribus suppliciis cives perniciosos coercebant.
11. Apes sunt miræ subtilitatis.
12. Magnum incendium ex parvâ scintillâ accenditur.

## XXXVII.=RECAPITULACION DE LOS ADJETIVOS.

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

#### Los Arabes.

1. Arabes, cum brevi staturâ, exili corpore, voce tenui, robustam habent valetudinem, oculos ardentes, nigrosque capillos.
2. Os insuper fusci coloris vultum dat rarò jucun- dum huic genti dissimili Turcarum, Africano- rum et Persarum.
3. Hi populi, mites et humani inter se, feroces et avidos se præbent cum exteris gentibus, quarum urbes et agros horrendâ populantur vastitate.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

#### El Labrador y la Culebra.

1. Rusticus quidam, præditus indole miti et humanâ, invenit olim colubram gelu rigentem.
2. Misericordiâ motus, miseram sustulit bestiam, et, domum redux, eam depositus ad focum, cuius calor amicus torpentes ejus animos brevi refecit.
3. Pravam verò naturam cum vita recepit colubra; generoso benefactori mortem inferre voluit.
4. Rusticus, irâ percitus, securim arripit et ingratum animal obruncat.

### XXXVIII.=RECAPITULACION DE LOS ADJETIVOS.

*El jardinero y el árbol frutal.*

#### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Cuidam olitori arbor erat pomifera pervicax et loquacula.
2. Ubi noster homo ei opitulabatur adversus ac frigus aut nimios calores, irascebatur huic cultor sedulo et sua ei criminis dabat continua beneficia.
3. Mihi semper affers, aiebat, acerbos dolores, nec unquam me gaudio nec voluptate donas.

#### 2.<sup>a</sup> PARTE.

4. Non sitio, et, grayi operâ tuâ, inutili noxiâque aquæ radices inundantur; non frigeo, et in carcerem includis truncum meum robustum et inaccessum glacialibus aquilonum flatibus.
5. Age, vir improbe, nunquam ego feram fructus abundantes.
6. Patiens olitor suam huic arbore rebelli stultam pertinaciam vitio vertere potuisset, sed insania ejus dictoria contemnere maluit, moxque arbor indocilis, vel invita, fructus tulit uberrimos et suaves.

### XXXIX.=RECAPITULACION DE LOS ADJETIVOS.

#### 1.<sup>a</sup> PARTE.

*El mes de Mayo.*

1. Mensis maius, tempus optandum, est mensis annū pulcherrimus.
2. Tunc omnes viridium nemorum aves sunt prædicta hilaritate singulari.
3. Magistri pariter ac discipuli, quotidianis laboribus fessi, sunt cupidi contemplandarum pulchritudinum mirarum ruris pleni maraculis recentibus et innumeris, et semper redeunt ambulatione

sua contenti et memores Dei supremi creatoris omnium rerum.

2.<sup>a</sup> PARTE.

Los Ricos.

1. Divites abundant opibus, vescuntur cibis molliculis, pretiosas habent vestes, atque fruuntur omnibus commodis vitae fortunatae.
2. Plerique non meminerunt pauperum, qui, carentes rebus necessariis, atrum comedunt panem et tantummodo centonibus utuntur.
3. Attamen pauper, cui ne est quidem parvus ager, et dives, qui sortitus est fortunas ingentes, sunt uterque aequales coram Deo.

XL.=PRONOMBRES PERSONALES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Quis nostrum non odit scelus?
2. Quis vestrum non miratur virtutem?
3. Natura dedit nobis notionem Dei.
4. Quocumque te flexeris Deum tibi occurrentem habebis.
5. Superbia multas sibi parit molestias.
6. Nostrum omnium patria communis parens est.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Sapientiam a Deo petamus; exaudiet nos Deus eamque nobis dabit.
8. Amor sui cœcus est.
9. Omnis creatura sui diligens est.
10. Vir bonus sibi dicit: «Fortuna mihi contraria est, mali me oderunt; sed Deus me videt, nihil mihi conscientia exprobrat; hoc mihi satis est.»
11. Quum divinam operantur rem, sacerdotes hæc sœpè recitant verba: «Dominus sit vobiscum.»

XLI.=PRONOMBRES PERSONALES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Lacedæmonius Lysander magnam de se famam reliquit.
2. Quis nostrum potest se dicere Curio, Fabricio, Scipioni parem?
3. Civis sibi inutilis patriæ funestus est.
4. Si quis velit tecum de aliis loqui, responde: «Id ad me non spectat».
5. Brevi nos tædere incipit emptionis quæ videtur nobis exprobrare nostram stultitiam.

2.<sup>o</sup> PARTE.

6. Ira, ut insania, impotens sui est.
7. Divitiæ beatos non semper nos efficiunt.
8. Jucunda nobis est memoria malorum præteriorum.
9. Si vis tibi omnia subjicere, subjice te rationi.
10. Bias, olim cum sceleratis navigans, incidit in prædones. «Actum est de nobis,» dicebant inter se comites ejus, «si agnoscamur;» —«Et de me,» inquit, «nisi agnoscar.»

XLII.=PRONOMBRES ADJETIVOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Non assentior illis qui credunt animum cum corpore interire.
2. Cogitemus semper eum quem vocamus servum nostrum eodem ortum esse modo ac nos.
3. Pauper non fruitur iisdem commodis quibus dives; sed dives non eadem securitate fruitur quam pauper.
4. Alexander Macedonum rex dictitabat: «Non minus debo Aristoteli, præceptori meo, quam patri Philippo; ab hoc enim vitam accepi; ab illo, virtutem et doctrinam »

2.<sup>a</sup> PARTE.

5. Lupa similis est cani formâ et colore: hic verò fidelis est et bonus; ille, perfidus et improbus.
6. Opulentia et quies multùm distant inter se; quò propius ad illam accedimus, eò longius ab hac discedimus.
7. Potentia Dei declaratur hoc mundo quem creavit, hac terrâ quam incolimus, hoc pulchro sidere quod nobis lumen suum emittit.

XLIII.=PRONOMBRES ADJETIVOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Virtutes Deo placent; illi vitia displicant.
2. Nullus nostrûm idem est in senectute qui fuit in juventute.
3. Natura ipsa justitiam homines docet.
4. Illi datum est esse beato qui parvo contentus vivit.
5. Homines divites his in terris essent inutiles, nisi adessent pauperes et miseri.
6. Græcis contigit ut eodem tempore haberent viros septem sapientium nomine dignos.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Culpam geminat ille quem illius non pudet.
8. Humanus animus cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest.
9. Is qui alterum diligit, facit ea quæ scit illi grata esse.
10. Si tibi cordi est amicorum tuorum utilitas, nihil illis contra jus concede.
11. Fortuna aleatorum eâdem velocitate mutatur ac tesseræ quas jaciunt.

## XLIV.=PRONOMBRES ADJETIVOS.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Eorum quos amamus felicitate lætamur.
2. Nefas est illis irasci quos amare debemus.
3. Antisthenes hortabatur suos discipulos ut præceptores non minùs quàm ipsa studia amarent, eosque patres haberent.
4. Universus mundus ejusdem Dei, ejusdem verbi Dei opus est.
5. Qui auscultant adulantibus, dicebat Bion, sunt similes istis amphoris quæ auribus circumaguntur.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Parentum patriæque refert liberos bene educari.
7. Omnes homines doctos amant illisque favent.
8. Audi eum qui te monet ut vitium fugias et virtutem colas.
9. Eadem non omnibus probantur hominibus.
10. Agricultura et commercium pariter prosunt civitati; illâ incolæ aluntur, hac locupletantur.

## XLV.=PRONOMBRES POSESIVOS.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Ira oritur eâdem causâ ac insania.
2. Ni feras amici tui vitium, tuum prodis.
3. Majoribus nostris minùs opus erat pecuniâ quàm nobis.
4. Nemo suâ sorte contentus est.
5. Si vitæ tuæ socia virtus fuerit, mortis tuæ comes erit gloria.
6. Si tuos non adjuveris, Deus te non adjuvabit.
7. Justitia suum cuique tribuit.

2. PARTE.

8. Ad decus parentis refert ut filium laudis suæ virtutumque suarum dignum hæredem relinquat.
9. Principum virorum refert ut adolescentes exemplis informent suis.
10. Si largius biberat Alexander, amicis suis erat formidandus.
11. Multa possunt irritare cupiditates nostras, non autem illas explere.
12. Difficile est eumdem hominem prælio strenuum esse et consilio bonum.
13. Homines bestiis ad utilitatem suam utuntur.

XLVI.=PRONOMBRE RELATIVO.

(Cláusulas sueltas).

1. PARTE.

1. Lysander, qui clarus apud Lacedœmonios dux fuit, statuam habebat, quæ illi Delphis erecta erat.
2. Homines potissimum inserviunt ei a quo plurimum sperant.
3. Augustus finem impossuit bello civili, quod Italianum urebat.
4. Rex Antiochus, qui Judæos vexaverat, miserè mortuus est.
5. Vox columbæ quæ gemit est invalida, vox leonis qui rugit est formidanda,
6. Pennæ prosunt avibus quæ volant; arma prosunt militibus qui fortiter pugnant.

2. PARTE.

7. Uxores Cimbrorum, quæ conjuges suos trucidatos viderant, se suspenderunt.
8. Jactura temporis quod fugit est irreparabilis.
9. Ut columba audacem reformat aquilam quæ opprimit, ita timidus agnus lupum horret qui ululat.

10. Digni simus gloriā quæ justis promittitur hominibus.
11. Homines oderunt eum qui immemor est beneficij.

## XLVII.=PRONOMBRE RELATIVO.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Sidera, quorum numerus maximus est, collustrant cœlum et terram.
2. Reges non omnia nōrunt pericula quibus sunt obnoxii.
3. Amplissimæ illæ orbis moles quas admiramus, Dei potentiam fortasse minus declarant, quam humilis bestiola quam pede obteris.
4. Vita exsilium est in quod Deus nos mittit.
5. Deus per quem regnant reges terræ eos ad voluntatem suam extollit et deprimit.
6. Corpus est domicilium animi, propter quem factum est.

### 2.<sup>o</sup> PARTE.

7. Debemus observare leges, sinè quibus nullum stare potest imperium.
8. Deus est, cuius potentiam adoramus, cui paremus, et a quo servamur.
9. Amicitia quæ desinere potuit nunquam fuit vera.
10. Nolite credere, pueri, librum qui placeat utilem semper esse.
11. Agricola diligens, cuius sudores terram resperserunt et secundaverunt, amplam faciet messem.

## XLVIII.=PRONOMBRE RELATIVO.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Apud Pœnos, imperatores qui victi fuerant morte afficiebantur.
2. Hominis est qui decus pecuniæ præponit utilitatem suam laudi posthabere.

3. Christiani, quibus parcere debuissent imperatores romani, carnicisibus tradebantur.
4. Patria, cui prodesse debemus, omnes nostras charitatem in se complectitur.
5. Deus, a quo obtinebitis culparum veniam quarum vos pœnitibit, vobis præbet exemplum clementiae.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Improbus, in quem conferimus officium, in nos sæpè vertit beneficia quæ illi præstimus.
7. Vota quæ metus exprimit cum periculo evanescunt.
8. Scientiæ anteponendæ sunt divitiis, quarum fugitiva incertaque est possessio.
9. Alexander Clitum interfecit, a quo servatus fuerat in transitu Granici, et sicarios in Parmenionem misit, per quem tot retulerat victorias.

XLIX.=PRONOMBRE RELATIVO.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Homo qui natus est infelix tristem decurrit vitam.
2. Divinatio est prædictio earum rerum quæ fortuitæ putantur.
3. Apud Barbaros, reges amici populi romani in honorem J. Cæsaris condiderunt civitates, quas Cæsareas nominaverunt.
4. Exstat oratio C. Gracchi, hominis ingeniosi eloquentisque, in quâ permulta in L. Pisonem turpia ac flagitiosa dicuntur.
5. Longa nobis est omnis mora, quæ gaudia differ.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Totam Cicero peragravit Asiam cum summis oratoribus, quibuscum exercebatur, et quorum erat princeps Menippus.

7. Preces, quæ cæteros molire solent, Tiberium non mitigabant.
8. Magnarum rerum, quæ in homine perspiciuntur, parentes educatrixque sapientia est.
9. Sunt quædam regiones, in quibus vini ideoque etiam aceti penuria est.

## L. = PRONOMBRE RELATIVO.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Iis qui habent a naturâ adjumenta rerum gerendarum, adipiscendi magistratus sunt et gerenda res publica est.
2. Sophistæ appellantur, ii qui ostentationis aut questionis causâ philosophiæ indulgent.
3. Ut adolescentem in quo senile aliquid, ita senem in quo est adolescentis aliquid probamus.
4. Mihi semper acerba et immatura videtur mors eorum qui immortale aliquid parant.

### 2.<sup>o</sup> PARTE.

5. Erat apud Heium sacrarium antiquum, in quo signa quatuor summo artificio summâque nobilitate erant.
6. Bona valetudo jucundior est eis qui e gravi morbo recreati sunt, quam eis qui nunquam ægro corpore fuerunt.
7. Apud Athenienses, tyranni dicebantur ii quibus potestas erat perpetua in civitate quæ libera fuerat.
8. Omnia rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil agriculturâ melius est.

## LI. = PRONOMBRE RELATIVO.

La bondad de Dios.

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

- Si consideras hæc prata quibus distincta est terra, hos flores quibus vere novo se induunt arbores, quibusque succedunt fructus suavissimos gustu, solem cuius lumine illustratur mundus universus et cuius calore secundatur, hæc sidera quibus cœlum sparsum est, magna tandem illa miracula, num putas hæc omnia fortuito casu orta esse?

### 2.<sup>o</sup> PARTE.

- Deus a quo creata sunt omnia, nihil fecit sine causa: nobis dedit oculos per quos cernimus; aures per quas audimus; nares quarum ope percipimus; gustatum quo sapimus; varia eorum genera quibus vescimur, et dentes quibus cibos conficimus.
- Itaque gratias agere debemus illi Deo a quo tot beneficia accepimus.

## LII. = COMPUESTOS DE QUI.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

- Græcia parvum quemdam Europæ locum tenet.
- Alexander sagittâ percussus, in obsidione cuiusdam urbis, exclamavit: «Dolor quem sentio, clamat me hominem esse.»
- Lacedæmonie, cuiilibet seni juniores admonere et verbis castigare licebat, proposita etiam poena erat cuicunque hoc officium non præstanti.

### 2.<sup>o</sup> PARTE.

- Quædam remedia graviora sunt malo.
- Ratione quavis utimini ad vincenda vitia vestra.

6. Imperator Titus dicebat non oportere quemquam tristem a colloquio principis discedere.
7. Cuius dolori remedium est patientia.
8. Mediocritas, quā vivit contentus sapiens, quibuslibet thesauris est pretiosior.
9. Quidam sapientes viri dixerunt iram brevem insaniam.

**LIII. = QUIS.**

(Cláusulas sueltas).

**1.<sup>o</sup> PARTE.**

1. Quis est, tam vecors, qui, quum suspexerit in cœlum, non sentiat Deum esse?
2. Quid ratione præstantius?
3. Quem ardorem studii censem fuisse in Archimede.
4. Quid faciet in tenebris homo qui nihil timet nisi testem vel judicem?
5. Si feræ partus suos diligunt, quā nos in liberos nostrōs indulgentiā esse debemus?
6. Quod munus patriæ majus meliusve affere possumus quam si docemus atque informamus juventutem?

**2.<sup>o</sup> PARTE.**

7. Quod periculum formidat sapiens cuius pura est conscientia?
8. Cui rei, cui generi gloriæ, cui virtuti incumbitis?
9. Quem malorum miseret?—Virum bonum.
10. Quid attineret leges ferri, si fraus fieret per eosdem qui eas tulissent?
11. Quid juvanthominem octoginta anni per inertiam exacti?
12. Dic mihi quibuscum verseris, tibi dicam qui sis.

**LIV. = QUIS.**

(Cláusulas sueltas).

**1.<sup>o</sup> PARTE.**

1. Cui maledicentia et calumnia non nocuerunt?

2. Diogenes interrogatus quid apud homines celerrimè senesceret: *Beneficium*, inquit.
3. Ne quæras quâ ratione sævitiam aut convicia inimicorum ulturus sis; quæras potius quo modo gratiam relaturus sis iis qui de te bene meriti sunt.
4. Quem infortunatorum miseret?—Hominem qui calamitatem expertus est.

2.<sup>o</sup> PARTE.

5. Cujus interest tempore sapienter uti?—Viri qui animo magna agitat.
6. Quo cibo Persæ vescebantur?—Pane et nasturtio.
7. Quo anno Clodovæus gallicum regnum condidit?  
—Anno quadringentesimo octogesimo sexto.
8. Alexander piratam interrogavit quo jure mare infestaret: «Eodem, inquit, quo tu orbem terrarum infestas.»

LV.= COMPUESTOS DE QUIS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Nobis omnibus compertum est unumquemque vitæ diem gradum esse ad mortem.
2. Caveamus ne sit in nobis grave aliquot vitium.
3. Homo justus nihil cuiquam detrahit.
4. Piger credit se aliquid consecutum esse officia sua negligendo.
5. Romæ, senatui cavendum erat ne respublica aliquid detrimenti caperet.
6. Hæreditas est pecunia quæ morte alicujus ad quempiam pervenit.

2.<sup>o</sup> PARTE.

7. Imperator Titus nec auctor cujusquam necis, nec conscientius fuit.
8. Ecce magis fortuna favit quam Creso? Ecquem majorem gloriâ cumulavit quam Cæsarem?

9. Animus hominis, quidquid sibi imperat, obtinet.
10. Justitia constans et perpetua voluntas est jus suum cuique trahiendi.
11. Si unusquisque nostrum possit rapere ad se commodata aliorum, necesse est ut societas hominum evertatur.

## LVI. — COMPUESTOS DE QUIS.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Ignari quid in unāquāque re vitii sit, nequeunt judicare.
2. Deus videt quidquid occulte facimus boni aut mali.
3. Virtuti mihi magnifici est, si quidquam illi venalis.
4. Si quidpiam nacti sumus fortuitæ felicitatis, Deo gratias agimus.
5. Suum cuique incommodum ferendum est, potius quam alterius commodis detrahendum.
6. Animalia nocturna diem splendidum aversantur et abduntur in aliquas rimas.

### 2.<sup>o</sup> PARTE.

7. In formis et figuris est aliiquid perfecti et excellentis.
8. Nemo vir magnus sinè aliquo afflato divino unquam fuit.
9. Doctoris institutio ad naturam cujusque discipuli est accommodanda.
10. Quidquid ex lectione colligimus ad pabulum animi prodesse debet.
11. Quisnam rex unquam fuit sapientior Salomone?

## LVII. — SUM.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Apud Persas, summa laus erat fortiter venari.
2. Peccatum est patriam prodere, parentes suos violare, fana depeculari.

3. Quænam amicitia inter homines ingratos esse potest?
4. Sardanapalus tertius et tricesimus Assyriorum rex fuit, a Nino et Semiramide, qui Babylona condiderant, natus.
5. Legimus apud Cæsarem Germanos altissimâ staturâ, rarâ virtute et incredibili exercitatione in armis fuisse.

2.<sup>o</sup> PARTE.

6. Homo beatus esset si finem cupiditatibus suis imponeret.
7. Quilibet fructus, nisi maturus sit, sanitati nocet.
8. Puto futurum fuisse ut homo beatus esset si non detectum fuisset aurum.
9. Donec eris dives multos habebis amicos.
10. Quando discipuli fuerint attenti, præceptor illorum amicus erit.
11. Omnes summi viri in juventute studiosi fuere; hujus studii, adolescentes, estote imitatores.

LVIII. = SUM.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Annibal prætor factus est, postquam rex fuerat.
2. Permittendum erit aliquando adolescentibus impetum animi sequi.
3. Xantippe, uxor Socratis, morosa admodum fuisse fertur et jurgiosa.
4. Homines non possunt esse justi nisi sint humani.
5. Homo, si sat bonus, sat pulcher erit.

2.<sup>o</sup> PARTE.

6. Cicero rectè dixit justitiam reginam esse omnium virtutum.
7. Homo! memento te pulverem fuisse, et in pulverem reversurum esse.
8. Verè magnus fuisset Alexander, si tam sapiens fuisset ut cupiditatibus suis imperaret.

9. Scipio dicere solebat se non minus otiosum esse quam quum otiosus esset, nec minus solum quum solus esset.

10. Vehementer errant ii qui putant se doctos aliquando futuros esse, sine magnâ industriâ.

LIX. = SUM.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>.\*</sup> PARTE.

1. Temerè quidam credunt felicitatem vitæ positam esse in divitiis, quarum avidi sumus.

2. Diversa sunt hominum studia: artes, agricultura, mercatura, res maritimæ, quæ abjecta erant apud Spartiatas, honesta fuere apud Athenienses.

3. Alexander jussit aperire sepulcrum in quo erat corpus regis Cyri, et miratus est principem tantis præditum opibus haud pretiosius sepultum fuisse quam si fuisset civis humili loco natus.

2.<sup>.\*</sup> PARTE.

4. Certiores sumus homines imbecillos esse, imbecillos semper fuisse, imbecillos semper futuros esse.

5. «Felices sumus,» dixerunt Scythæ Alexandro; «ergo turbas pacem quæ semper fuit in nostris soliditudinibus? Insatiabilis es; sed magnæ calamitates pœna erunt temeritatis tuæ, namque dii justi sunt, nec unquam malorum fautores fuerunt.»

6. Mors Alexandri magno dolori Macedonibus fuit.

LX. = COMPUESTOS DE SUM.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>.\*</sup> PARTE.

1. Adeò pecuniæ negligens fuit Epaminondas, quamdiu civibus suis præfuit, ut, quum mortuus est, funeri ejus sumptus defuerit.

2. Lacedæmone, senes exercitationibus juvēnum aderant.
3. Quem fugit matronas romanās liberorum suorum institutioni ipsas p̄fuisse?
4. Deus adest animis nostris, interest omnibus cogitationibus nostris.
5. Ne obesto malis, et auxilium tuum ne desit bonis.
6. Quotiescumque sol Oceano suberit nostras regiones luna illustrabit.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Oratores semper arbitrantur auditores sibi non defuturos esse.
8. Innumerabili Xerxis exercitui dux deerat peritus.
9. Quando filius Dei filiam Jairi ad vitam revocavit, Petrus, Jacobus et Joannes huic miraculo aderant.
10. Varro præerat exercitui romano quem vicit Annibal prælio cannensi.
11. Viri boni eloquentia amicis nunquam deerit suis.

LXI. = AMO.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Dum Græci Trojam oppugnabant, Æneas patrem suum servavit ab incendio.
2. Crotoniatæ omnes Græcos vi et formâ corporis superaverunt.
3. Tarentini, bello a Romanis lacesisti, auxilium imploraverunt Pyrrhi, Epirotarum regis.
4. Plato dictitabat: «Agrigentini ædificant quasi semper victuri; cœnant quasi ultimum cœnaturi.
5. Cato consulem Murænam saltavisse accusavit.
6. Dolorem non formidabit sapientis et constantis viri virtus.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Cœlum patria est in quam Deus bonos advocabit.
8. Comparate virtutem sinè quā omnes dotes sunt inutiles.

9. Puer dives repente pauper fieri potest, miser autem non siet, si scientiam comparaverit.
10. Phœnices dicuntur navigavisse primi in aquis Oceani.
11. Ros efficit ut plantæ germinent.
12. Cogitate Deum, qui justus est, bonos remuneraturum esse, et eum malos castigaturum esse.

LXII. = AMO.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Is qui perjurio se obstringit satis declarat se homines reformidare, Deum verò contemnere.
2. Is qui putaverit Deum inspicere cuneta, non peccabit neque clanculūm neque aperiē.
3. Qui neget unquam virtutis amorem maximum homini esse deus?
4. Errant ii qui in prosperis omnes rebus fortune im- petus se vitavisse putant.

2.<sup>o</sup> PARTE.

5. Quis non planè videt Deum homini manus dedisse ad laborandum, et pedes ad ambulandum?
6. Cogitemus semper eum quem servum nostrum voca- mus eodem modo ortum esse ac nos.
7. Non ita sæpè peccarent homines, si existimarent Deum ipsos seriùs ociüsve castigaturum esse.
8. Mors æquabit certè eos quos pecunia separaverit.
9. Deum roga ea quibus tibi opus est; est enim om- nium rerum summus arbiter.

LXIII. = MONEO.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Mors eorum quorum vita laudant homines silentio præteriri non debet.

2. Sol et luna suâ luce omnem terram implent.
3. Veteres Romani amabant vinum cui mel miscuerant.
4. Contenti et felices viverent pueri si parentum et magistrorum consiliis indulgerent.
5. Magistratus curare debent ut bonum præbeant exemplum.
6. Fugite eos qui vobis suadent ut aliis noceatis.

2.<sup>o</sup> PARTE.

7. Artes Athenis et Romæ viguerunt, dum Augustus regnabat.
8. Imperium orbis conservassent Romani, si pristinas virtutes suas retinuissent.
9. Si feres opem miseris, Deus tibi favebit.
10. Iratum tibi hominem si clementer habueris, oportet ut illius ira deferveat.
11. Avari, ut thesauros augeant suos, rebus ad vitam necessariis se defraudant.

LXIV.= MONEO.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Improbus homo scelere abstinet, quia timet ne emaneat.
2. Quicumque ægrotabit, cibo abstinebit.
3. Lacedæmonii, ut liberos ab ebrietate absterrent, ebrioservos in eorum conspectum venire juvebant.
4. Docendo, multum eminuit Socrates.
5. Caini filii, qui nequitiam patris viderant, in via virtutis non remanserunt: cupiditatibus suis paruerunt, et plerisque hominibus hoc exemplum nocuit.

2.<sup>o</sup> PARTE.

6. Non beatum vocabimus hominem ingentes possidentem fortunas.
7. Quum Porsenna Romam obsideret, Cocles hostem e Janiculo in urbem decurrere videns, Romanos

7. Monuit ut pontem rumperent dum ipse Etruscorum impetum sustineret.
8. Virtutem homines docebitis instituendo et persuadendo, non autem minis, vi et metu.
9. Quanta lux maneret eum qui patriam servasset vitæ suæ damno, imò et famæ.

## LXV. — LEGO, ACCIPIO.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Vera pietas extollit mentem, nobilitat animum, adiit constantiam.
2. Parcimonia adiit pauperi quidquid prodigalitas diviti detrahit.
3. Si homines rebus suis rectè consulerent, tot mala facinora non admitterent, quæ semper mœrorem aut pœnitentiam gignunt.
4. Falsam gloriam si contempseritis, veram comparabitis.
5. Non credo Deum impiis ignoturum esse, neque illis daturum esse mercedes quas bonis promisit.

### 2.<sup>o</sup> PARTE.

6. Persuasum habete Dominum remuneraturum esse eos qui virtutem coluerint.
7. Avarus summam felicitatem attinget, inquit, quum ingentes thesauros congesserit, iidem verò illi thesauri eum angunt et miserum efficiunt.
8. Ridiculum est audire ignavum de fortitudine disserentem.
9. Acanthis, luscinia, curruca et hirundo initio veris nidos suos faciunt.
10. Græci artem scribendi a Phœnicibus acceperunt.

LXVI. = LEGO, ACCIPIO.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Tumuli terræ motu surrexerunt, ubi paludes et fontes videramus.
2. Deus imperat mari ut conquiescat, et conquiescit mare.
3. Æquum est ut quisque malefactorum suorum pœnam iuvat.
4. Sciatis eum qui pro patriâ se devoverit, mercedes magnas accepturum esse.
5. Natura ipsa in animis nostris legem suam infudit, cui paremus.
6. Beatos efficiamus illos quibuscum vivimus.

2.<sup>o</sup> PARTE.

7. Reges et principes terræ, quos Providentia supra cæteros homines evexit, mementote Deum vobis gladium commississe ad tutandos populos, non autem ad calamitatem finitimorum.
8. Multi homines naturâ cupidi sunt discendi et eminendi; alii verò tempus nugis occupant, alii labori toto animo non incumbunt.
9. Ne quidquam facias iratus, navem in enim mediâ tempestate conscenderes.

LXVII. = LEGO, ACCIPIO.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Faciamus ut laudes accipiamus ab iis qui laude digni sunt.
2. Vir ingenio præstans est tanquam sol cuius radii calefaciunt, fulgent, oculos perstringunt, ut quisque proprius ad eum accedit.
3. Postquam virtus in cœlum se recepisset, homines facti sunt improbi, fraudulenti et mendaces.

4. Alii alios diligite, dicebat Christus discipulis suis.
5. Nemo nostrum sperare potest se ad crastinum diem victorum esse.

2.<sup>o</sup> PARTE.

6. Qui severit multum boni, multum boni colliget.
7. Multi heroes provincias subegerunt, pauci vero suas libidines refrenaverunt.
8. Gaude quotiescumque aliquid boni feceris.
9. Quis nostrum se tradit labori arduo et operoso, nisi ut ex eo aliquam utilitatem percipiat?
10. Sæpè evenit ut facta cum verbis non congruant.

LXVIII. = AUDIO.

(Cláusulas sueltas)

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Adulatores corvis similes sunt; oculos enim prædæ suæ effodiunt.
2. Vir solers semper a periculo se expedit; stulti contra nullam unquam inveniunt viam.
3. Si cupiditates tuas non refrenaveris duram servitutem servies.
4. Titus aliquando super cœnam recordatus se nullam invenisse occasionem beneficiandi, dixit se diem perdidisse.
5. Quis aliquam securitatem apud te inveniat si Deum non times?

2.<sup>o</sup> PARTE.

6. Innocens oppressus sperat futurum esse ut Deus in suum auxilium veniat.
7. Audiens laudes quas sua ei virtus attulit, honestus vir superbire non videtur.
8. Lycurgi leges juventutem erudiebant venando, curiendo, famem sitimque tolerando.
9. Dicitur Romanos bibisse vinum quod odotibus condiverant,
10. Titus omnium sibi animos benevolentia suâ devinxit.

LXIX. = AUDIO.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Quām laudanda est illa Christi deprecatio, tortoribus suis in ipsum s̄avientibus venian a Deo patre exposcentis.
2. Artes quas homines invenerunt, ad satisfaciendum necessitatibus suis, ipsis decori erant et felicitati.
3. Deus jubet nos impendere in misericordia levandis divitias quas nobis dispertivit.
4. Nobis dormientibus vigilat Deus.
5. Cur formā superbiret homo? nescit quamdiu sit adfutura.
6. Phænices artem scribendi invenerunt.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Quum Diogenes serviret, ejus amici studuerunt ut eum in libertatem vindicarent.
8. Quis Dionysium Tyrannum omnibus doctrinis expolivit? Non Plato?
9. Æquitas magistratus impellit ad puniendum.
10. O Jupiter! populum romanum sic ferito, ut ego hanc victimam hic hodie feriam.

LXX. = REGLA DE LOS VERBOS ACTIVOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Deum cole, parentes ama, magistrum metue, rem tuam custodi, familiam cura.
2. Parvi rivuli fluvios magnos efficiunt.
3. Proba merx facilē emptorem reperiet.
4. Ne præbeas aurem sermonibus adulatorum.
5. Alexandro cœlestes honores concupiscenti, non deerat adulatio.

6. Omnes animi perturbationes rationem repellentes, infelicem hominis vitam efficiunt.
7. Censores romani equiti nimis pingui equum adimere solebant.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Adriaticum mare ab Adriâ, Tuscorum coloniâ, vocare Italicae gentes.
9. Voluptates, blandissimæ dominæ, animum a virtute detorquent.
10. Plato Dionysio persuasit ut tyrannidis sinem faceret, libertatemque redderet Syracusanis.
11. Lex Cornelia potestatem Pompeio fecerat civitatem donandi.
12. Arma singulis Deus dispertivit: cornua tauris, apibus aculeum, leoni vires et pernicitatem, homini sapientiam et rationem.

LXXI. = REGLA DE LOS VERBOS ACTIVOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Quicumque animum suum scientiâ firmaverit, omnia secum portabit.
2. Qui romanam perlegerunt historiam sciunt Annibalem urbem Saguntum expugnavisse et diruisse.
3. Homines non ignorant se relicturos esse seriùs ociùsve vallem istam lacrimarum.
4. Avarus pectus patris confoderet, ut inde aurum extraheret.
5. Scimus hominem terræ viscera fodere, fossurum esse, ut inde metalla effodiat.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Ii qui in Olympiis, Pythiis, Isthmiis Nemeisque certaminibus vicerant, in publico Græciæ conventu laudes accipiebant.

7. Apud Senecam legimus librorum multitudinem idoneam tantum esse ad distrahendum animum.
8. Plinius major, quum librum legeret, adnotabat excerptebatque.
9. Agesilaus, Lacedæmoniorum rex, justitiam ut virtutum omnium principem laudabat.
10. Pro certo tenemus homines virtute præstantes mortem dedecori anteposituros esse.

## LXXII. = REGLA DE LOS VERBOS ACTIVOS.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Nerva romano consuluit imperio Trajanum adoptando.
2. Ponticus Heraclides, e scholâ Platonis philosophus, puerilibus fabulis libros refersit suos.
3. Astyages filiam suam unicam Cambysi, Persarum regi in matrimonium tradidit.
4. Tacitus nos docet Pompeium mānsurūm theātrum possuisse; nam antea subitariis gradibūs et scenā in tempus structā ludi edebantur.
5. Hirundines nidos luto construunt, si quando inopia est luti, madefactæ multā aquā pennis pulvērem aspergunt.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Paucissima animalia gignit Scythia, inopiā fruticum.
7. Defunctorum imagines domi positæ dolorem nostrum levant.
8. Alexander moriens annulum Perdiccæ tradiderat.
9. Iis, qui veterum temporum annalia perlegerint, compertum erit Cyrum Persis præposuisse Sybarem, cui filiam suam in matrimonium dedit.
10. Suum quisque noscat ingenium, acremque se et honorum et vitiorum suorum judicem præbeat.

## LXXIII.=RECAPITULACION DE LOS VERBOS ACTIVOS.

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

#### Platon.

1. Habebat Plato *ingens* corpus, quadratos humeros : in habitu modestia et gravitas ejus corpori quamdam majestatis et gratiæ speciem imprimebant.
2. Ingenii pulchritudo clari *hujus* discipuli Socratis nomen per totam Græciam extendit.
3. Plures illum Apollinis filium esse dicebant.
4. Peritione, ejus mater, Musis sacrificium faciens, inter myrtos puerum Platonem depositus.
5. Inter apes illum reperit, quæ, circa infantem volitantes illius labra melle induebant.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

#### Los Saturnales.

1. Græci Romanique, ætatis aureæ memoriam servare cupientes, in honorem Saturni solemnia festa instituerunt, quæ Saturnalia vocaverunt, in quibus jus dominorum et servorum æquabantur.
2. Herilem habitum servi sumebant, et ad mensam unâ cum dominis sedebant.
3. Honores in ædibus gerebant, jus dicebant.
4. Forum et scholæ claudebant; servi pileum gestabant, qui libertatis signum erat.

## LXXIV.=RECAPITULACION DE LOS VERBOS ACTIVOS

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

#### El Oso y las Abejas.

1. Ursus, quem fames urgebat, saltus olim deseruit victimum quæsitorum.
2. Quum per iter alveos offendisset, eos lambere cœpit.
3. Apis verò prodiens ejus aurem acriter pupugit.
4. Ursus, irâ percitus, alveria deturbat; mox autem

turmatim apes e cellis erumpunt suis, ursi adhaerent, eumque cruentant.

5. Hic pudens fugam capit, suam ipse feritatem damnans, quae sibi tot hostes paraverat.

2.<sup>a</sup> PARTE.

La Cigüeña.

1. Per hiemem, Africam vulgo incolunt ciconiae.
2. Nidos super turribus aut in summis caminis faciunt.
3. Duo vel quatuor ova parit femina; mas sociam non derelinquit, victimum illi querit, ac rei domesticæ ouram cum illâ gerit.
4. Pulli parentes suos non deserunt eisque multa dant blandimenta.
5. Haec volucres ranas, serpentes et cochleas comedunt.

LXXV.=RECAPITULACION DE LOS VERBOS ACTIVOS.

1.<sup>a</sup> PARTE.

Dios prueba á Abraham.

1. Isaacus parentibus gaudio erat, quum Deus, ut perspiceret fidem famuli sui Abrahama, jussit ut dilectum filium suum immolaret.
2. «Cape, inquit, Isaacum, hunc filium quem unicum habes, qui tibi carus est, eumque immola mihi in monte quem tibi ostendam.»
3. Paruit Abrahamus, lignum sacrificii secuit, et corripuit iter quod ducebat ad locum quem Deus illi designaverat.
4. Mox culrum arripuit, dilectissimum filium immolatus.
5. Sed statim angelus Domini brachium hujus fidelis famuli retinuit eique arietem præbuit quem loco filii pater immolavit.

2.<sup>o</sup> PARTE.

El Mirlo y el Cazador.

1. Merula quædam aucupem reticulatendentem compexit.
2. «Ecquid hic agis?» dixit homini «Urbem ædifico,» respondit auceps.
3. Tum imprudens merula, inspicere plagas cupiens, accessit, et capta est.
4. «Proh! deceptor, exclamavit avis decepta, si tales semper extruis urbes, paucos in eis videbis cives.
5. Curiositatem fugiamus quæ semper homines miseros præstat.

LXXVI.=AMOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Verborum interpretatio etymologia appellatur.
2. A viris bonis laudari prima commendatio est.
3. Cartaginienses et Græci a Romanis superati sunt.
4. Per se virtus sínè fortunā ponderanda est.
5. Tempus actionis opportunum occasio appellatum est.
6. Jesus a Satano in altum asportatus est montem: omnia regna terræ Domino monstrabantur: «Adora me,» dicebat infernus angelus, «et hæc omnia a te administrabuntur.»

2.<sup>o</sup> PARTE.

7. Socrates omnium sapientissimus Apollinis oraculo judicatus fuerat.
8. Philosophia laudandarum artium omnium procreatrix et quasi parens est.
9. Superbus credit se laudatum iri, quum alii putant eum vituperatum iri.
10. Æneas, Trojā a Græcis expugnatā, in Italiā venit.
11. Exemplum Cambysis et Alexandri probat ebrietatem sæpè causam fuisse cur infanda perpetrata sint scelera.

LXXVII. = AMOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Bachi cultus in insulam Naxon a Phrygibus fuerat asportatus.
2. Homo a naturā judicii vi ornatus est; sensus illi sicut nuntii dati sunt.
3. Divinā providentiā semper mundus administrabitur.
4. Deus nobis promisit viros bonos remuneraturum iri.
5. Facilis victoria parvam gloriam præbet comparandam.
6. Sciatis hominem creatum fuisse ad laborandum, ut aves ad volandum, pisces ad natandum.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Homo a quo suæ non refrenatae fuerint cupiditates, duram serviet servitutem.
8. Providendum est ne aliquod vitium in moribus nostris sermone nostro indicetur.
9. Aristides abstinentiā tanto excellebat, ut Justus cognominatus sit.
10. Quis non audivit de nobili illo certamine quod exortum est Pyladem inter et Orestem, dum inter se contenderent uter alterius loco necaretur.
11. Elige vitæ genus naturæ tuæ accommodatum.

LXXVIII. = MONEOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Improbi homines conscientiā scelerum suorum torquentur.
2. Natura non sinit bona nostra nostrorum fratrum spoliis augeri.
3. Solida virtus nunquam terribitur minis improborum.
4. Anytus et Melitus existimabant Socratem metu mortis territum iri.

5. Ovis et agnus a pastore remoti lupi famelici mox  
præda fiunt.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Instante periculo exhibendus est animus, non autem  
audacia.
7. Corpus nostrum non semper movebitur animo.
8. Omnibus bonis expedit viris ut leges exerceantur.
9. Oporteret ut omnes homines laudum amore move-  
rentur et studerent ut iis dignos se præberent.
10. Lex erat Thebis, quæ morte mulctabat ducem a quo  
retentum fuisset imperium diutius quam lege  
præfinitum foret.

LXXIX. — MONEOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. A nobis removeantur homines a quibus deterreri  
possemus ab exercendâ virtute.
2. Iratus homo si clementer habitus fuerit, credo fore  
ut illius ira deservescat.
3. Aequum esset ut omnes divites pauperum miseria  
moverentur.
4. Multis exemplis demonstratur publicam utilitatem  
privatis utilitatibus a bonis civibus posthaberi.
5. Fuerunt in antiquitate Alexandri et Cæsares quorum  
res gestæ tempore deletæ sunt.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Alexander postquam nomine suo impletum terrarum  
orbem vidisset, Babylone miser decessit.
7. Persarum liberi a pueritiâ justitiam docebantur.
8. Amare debemus eos a quibus de vitiis nostris ad-  
monemur.
9. Autumnus est tempus idoneum agris exercendis.
10. Oportet legem esse brevem, quò faciliùs ab impe-  
ritis teneatur.

LXXX. = LEGOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Omnis ignis pastu indiget, nec ullo modo permanere potest nisi alatur.
2. Improbi sibi persuadent Deum precibus et donis suis flexum iri, sed operam sumptusque perdunt.
3. Quidam hodie ad summos honores evehuntur, qui eras in extremos miseriæ gradus dejicientur.
4. Existimo dedecus magis metuendum esse quam mortem.

2.<sup>a</sup> PARTE.

5. Conandum est ut Deo similes efficiamur quantum homini licet; homo enim similis Deo efficitur prudentiâ, justitiâ et sanctitate.
6. Romani victorias nolebant multo sanguine emptas.
7. Apud veteres Romanos clarissimi viri in prædiis vivebant, et ex agris arcescebantur in senatum.
8. Difficile dictu est quantopere concilient animos hominum comitas affabilitasque sermonis.
9. Titus amor et deliciæ generis humani dicebatur.

LXXXI. = LEGOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Persæ non prævidebant se victum iri a Macedonibus qui in paupertate instituti fuerant.
2. Oportet ut invertatur terra, ut effossa sit, ut fruges gignantur et percipientur.
3. Olim terra colebatur, arabatur a servis; nunc liberis manibus invertitur.
4. Oportet ut semina effossâ terrâ accepta sint, ut fruges apparent.
5. Tradunt historici Cæsarem multis confossum esse vulneribus.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Si coles bonos, a bonis coleris.
7. Agrigentum, Siciliæ oppidum, captum et eversum  
fuit à Carthaginiensibus.
8. Ex omnibus metallis effossis e terrâ aurum est  
rarissimum et pulcherrimum.
9. Quamvis omni genere virtutis trahamur, præsertim  
justitiâ et liberalitate trahimur.
10. Historia nobis ostendit virtutem nunquam fuisse  
despectam; possumus ergo sperare illam nunquam  
despectum iri.

LXXXII. = AUDIOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Ægyptii non ante sepeliebantur quâm eorum vita  
perpensa et judicata fuisset.
2. Quum greges a diligentioribus pastoribus custodi-  
rentur, eorum natura erat pulchrior.
3. Palpebræ aptæ sunt ad claudendos oculos et aperiendos.
4. Ne committas domum tuam infideli famulo cus-  
todiendam.
5. Cibus potusque fame condiuntur.
6. Amicus sincerus et constans rarum et inventu diffi-  
cile est.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Animi remedia inventa sunt ab antiquis philosophis.
8. Eruditæ habendi sunt non qui plurimos legerunt ac  
didicerunt libros, sed qui utilissimos.
9. Paucis libris te innutrir oportet, si velis aliquid ex  
iis trahere quod in animo tuo fideliter hæreat.
10. Vix invenietur multis e millibus unus qui virtutem  
sui pretium esse putent.

LXXXIII. = AUDIOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Augustus, post cibum meridianum, vestitus calceatusque paulisper conquiescere solebat.
2. Scimus usu præceptorē benevolū et eruditū a suis discipulis auditū iri.
3. Quis non intelligit ad salutem civium, civitatumque incolumitatem inventas esse leges?
4. Memoria adeò falibilis est ut difficilē reperiantur duo homines qui ea quæ simul audierunt eodem modo referant.
5. Rex Darius vinctus fuerat, quum a commilitonibus inventus est Alexandri.

2.<sup>o</sup> PARTE.

6. Romæ leges a plebe sanctiebantur.
7. Legibus suis Solon jusserrat ut cives qui in bello cecidissent publicè sepelirentur.
8. Maximā virtute stabilitam libertatem una hora pœne delere potest.
9. Quum bellum per imperium romanum erumperet, oportebat ut Roma muniretur et Jani templi portæ aperirentur.
10. Patres sapientes liberos suos erudiendos committunt magistris firmis et doctis.

LXXXIV. = REGLA DE LOS VERBOS PASIVOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Urbs Cæsarea, in Palestinā, a rege Herode condita est.
2. Jupiter a poetis appellatur pater deorum et hominum: a majoribus nostris optimus et maximus appellabatur.
3. Divitiæ a plerisque hominibus expetuntur.

4. Iter in Italiam suscipiendum ab iis qui volunt antiqua monumenta cognoscere.
5. Pridie certaminis ad Boleriam commissi, in quo Visigothi a Clodovæo victi sunt, Francorum signa consecrata sunt ab episcopo divo Remigio,

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Camillus, a quo Roma servata est ab ingratibus suis in exsilium actus est.
7. Urbs Hierosolyma obsessa et expugnata est a Tito, Vespasiani filio.
8. Post Mosis et Josuæ mortem, a judicibus deinde a regibus recti sunt Israelitæ.
9. Secundum Ciceronis sententiam, senatoribus comprobata, Catilinæ concii in carcere strangulati sunt.
10. Leges a victoribus dantur, a victis accipiuntur.
11. Sæpè ingentes copiæ a paucis hominibus fugatæ victæque sunt.

LXXXV. = REGLA DE LOS VERBOS PASIVOS.

1.<sup>a</sup> PARTE.

El hijo de Creso.

1. Cræsi filius ab ortu mutus erat, nec a medicis sanari potuerat.
2. Urbe Sardibus a Cyro expugnata Crœsi regia occupata est ab exercitu regis Persarum, et Lidiorum rex mox erat occidens a milite, quum filius, patris periculo perterritus, et vitii immemor quo a diis immortalibus afflictus fuerat, os diduxit, vincula linguae solvit et exclamavit; «Miles! a te Crœsus ne occidatur.»
3. Ita mors depulsa fuit a capite regis Lydiorum.

2.<sup>a</sup> PARTE.

Sobre los Romanos.

1. Universus orbis terrarum a Romanis subactus est: ii

- tamen sèpè ab hostibus suis profligati sunt, et multi Romanorum exercitus a Carthaginiensibus cæsi sunt.
2. Roma verò nunquam ab illis capta est, Carthago contra a Romanis deleta fuit.
  3. Utriusque populi bella latinè et græcè a multis claris historicis scripta sunt.
  4. Sed agendi ratio senatùs romani ab omnibus vituperata est, semper enim injustus fuit in hostes suos.

LXXXVI. = IMITOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Divus Ambrosius Theodosio imperatori dixit: «Imitatus es agendi rationem Davidis homicidæ, Davidem pœnitentem imitare.»
2. Adolescentes! viros bonos imitamini; quum sapientes imitati eritis, eos in viâ gloriæ comitabimini.
3. Omnes boni cives Ciceronem exulem comitabantur, illique gloriosum redditum pollicebantur.
4. Oportet ut adolescentes divites librorum thesauros mutuentur, libri enim non reposcunt ea quæ ab eis mutuati sumus.

2.<sup>a</sup> PARTE.

5. Columbæ timidæ milvo non insidiantur.
6. Servus aliquando Zenoni philosopho dixit sibi fuisse in fatis ut furaretur; «Et cædi,» respondit Zeno.
7. Bonos appellamus eos qui arbitrantur se natos ad homines juvandos, tutandos, conservandos.
8. Afflictis inimicis pulchrum est opitulari.
9. Sermonem audire debemus inimici peccata nostra insectantis.

LXXXVII. = POLICEOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Pulchrum et decorum est hostis victi misereri.

2. Puer qui parentes reverebitur bonus civis evadet.
3. Misereamur etiam illius qui nostri non misertus est.
4. Cuique animanti mira data est solertia ad se tuendum.
5. Græci claris viris statuas pollicebantur, litteras et artes tuebantur.
6. Romani litteras quoquè tuiti sunt et omnes eos qui litteras professi sunt.
7. Baucis anus et Philemon paupertatem suam fatendo levem effecere.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Vedit Cicero adolescentium greges, Lacedæmone, incredibili contentione, certantes inter se pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique, ita ut exanimarentur potiusquam se victos faterentur.
9. Nobis compertum est sapientis et constantis viri virtutem dolores non veritaram esse.
10. «Frustrà me crucias, o dolor!» exclamabat philosophus Posidonius; «nunquam enim, quamvis modestus et acerbus sis, te esse malum confitebor.»

LXXXVIII. = UTOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Divites Romani apes Athenarum habebant, ut in patriâ suâ mel atticum nasceretur.
2. Demosthenes, in convivio, audiens loquaculum hominem ineptè loquentem: «Si saperes, inquit, non multa loquereris.»
3. Traditur ab historicis Titum nunquam usum fuisse auctoritate suâ ad quemdam necandum.
4. Sanari possent plerique morbi, si æger certior fieret se non moriturum esse.
5. Sperat juvenis se longâ fruiturum esse vitâ, sed frustrà sperat nisi tempore et valetudine suâ rectè utatur.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Insanus credit futurum esse ut sapientiam adeptus sit, quum aliquandiu scholam philosophorum frequentaverit.
7. Rectè utamur tempore vitæ, cujus possessio fugitiva est.
8. Majores nostri vivebant pauperes et boni in agro natali.
9. «Mororis innoxius!» dicebat Socrati unus ex discipulis hujus philosophi. — «Tu velles igitur ut noxius morerer?» respondit Socrates.

LXXXIX. — BLANDIOR.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Epaminondas adeò veritatis diligens erat ut ne jocans quidem mentiretur.
2. Metimini solem et majorem illum quam terram invenietis.
3. Luna, menstruum iter emetiens, illustrat noctes.
4. Paupertatem, nisi pigritiā aut prodigiā oriatur, nemo tibi probro dabit; omnes verò crimiñi tibi vertent divitias infamia ortas.
5. Scito amicitiam non metiendam esse utilitate quam ex ea percipimus.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Qui magna molietur vereri debebit ne ea perficere possit.
7. Ubi inventæ sunt mille condituræ, quibus aviditas excitaretur, exorti sunt innumerabiles morbi.
8. Oculi et vultus sœpè mentiuntur.
9. Cæsar frumentum metiebatur militibus suis.
10. Mentiri vitium servile est, dignum odio omnium hominum.
11. Quum Cicero loqui ordiretur, omnes qui aderant aurem præbebant attentam.

XC. = REGLA DE LOS VERBOS DEPONENTES.

1.<sup>o</sup> IMITOR PATREM.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Porsenna Mucii Scevolæ virtutem miratus est.
2. Virtutes imitari debemus quarum præclara in his toriæ videmus exempla.
3. Vestigia magnorum virorum sequamur et posteriorum laudes obtinebimus.
4. Apud Ciceronem legimus Syrios piscem veneratos esse.
5. Virtutis comes, invidia plerumque bonos insectatur.
6. Philosophia nos hortabitur ut Deo pareamus, ut Deum sequamur.

2.<sup>o</sup> PARTE.

7. Accidit Ciceroni, patriæ satisfaciendi cupido ut consilium sequeretur magis periculosum quam tutum.
8. Veientes in fines romanos excurrerunt, magis more latronum omnia populantium, quam more belli justi.
9. In diem Catilina, vigilias et algorem facile patiebatur.
10. In oratoribus, aliis gravitatem sequens subtilitatem fugit; aliis contra acutiorem se quam ornatiorem esse vult.
11. Angelus Raphael juniorem Tobiam comitatus est.

XCI. = 2.<sup>o</sup> MISERERI PAUPERIS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Oportet ut eorum misereamur qui, propter fortunam, non propter malitiam, in miseriis sunt.
2. Divico, Helvetiorum legatus, Cæsarem monuit ut pristinæ virtutis populorum Helveticæ reminisceretur.

3. Ii qui de bello disserunt injuriarum oblivisci debent.
4. Statim ut Athenas advenit Phocio, nonnulli ex Atheniensibus pristinæ gloriæ hujus clari viri recordantes, illius senectute miserebantur.
5. Ii boni cives erunt qui semper patriæ beneficia reminiscuntur.

2.<sup>o</sup> PARTE.

6. Omnes annalium scriptores romani nobis tradiderunt Augustum Cinnæ misertum esse.
7. Sysigambis, Darii mater, nunquam beneficiorum Alexandri oblita est.
8. Vir bonus facile injuriarum obliviscitur, sed beneficiorum reminiscitur.
9. Dominus pollicitus est sedem in regno suo iis qui miserti erunt pauperum.
10. Bona memoria est ea quæ bonarum artium recordatur.
11. Aristides in exsilium actus patriæ non fuit oblitus.

XII. = 3.<sup>o</sup> BLANDITUR NUTRICI.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Reus qui accusatoribus suis irascitur, causæ suæ nocet.
2. Callisthenes, qui Alexandro non blanditus erat, sicut cæteri aulici, suppicio affectus est.
3. Medicina corporibus medetur sicut philosophia animis.
4. Quum Darius Atticæ minatus est, Platæenses solos Atheniensibus auxiliatos esse dicitur.
5. Sensibus nostris blanditur, blandita est, blandietur semper voluptas.
6. Imperator Theodosius iratus est incolis urbis Antiochiæ.
7. Coriolanus, Româ pulsus, ingratæ patriæ minatus est.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Principibus viris insidiantur adulatores.
9. Piso ut gratificaretur odio Tiberii, Germanicum veneno sustulit.
10. Debetis, adolescentes, obniti linimentis voluptatis, siquidem illa cupiditatibus blanditur, et vitio lenocinatur.
11. Torrens qui, magno strepitu decurrens, videtur minari viatori, ei sæpè minus metuendus est quam fluvius qui ei insidiatur placido cursu.
12. Phocio sæpe Demostheni refragabatur.

XCHII.=UTOR LACTE.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Alexander Magnus universo Persarum imperio potitus est.
2. Canum sagacitate utimur ad nostram utilitatem.
3. Commoda quibus fruiimur nobis a Deo impertita sunt.
4. Bestiis terrenis, aquatilibus, volatilibus uti solemus.
5. Quousque tandem abutere, Catilina, patientiam nostram.
6. Paulus Emilius potitus est omnibus Macedoniæ thesauris, qui erant immensi.
7. Numidæ plerumque vescebantur lacte et carne ferarum.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Invidus lætari non potest felicitate alienâ.
9. Socrates fungebatur omnibus officiis boni civis tum domi, tum militiæ.
10. Aure libentiū quam linguā utere.
11. Homo summis perfungens honoribus non idèò fruitur vitae deliciis.
12. Navis cursum feliciter peragit, dummodo egregio usus sit navarcho.
13. Moderatè labore, somno ciboque utere, saho animo et prosperâ valetudine uteris.

## XCIV. = REGLA DE LOS VERBOS NEUTROS.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Studete priscis linguis et vestris magistris satisfacietis.
2. Adversa fortuna non semper virtuti ingenioque parcit.
3. Supplicia æterna impiis imminent.
4. Nemo nimiæ fortunæ credere debet.
5. Satius est libidinibus imperare quam patriæ.
6. Vir bonus repugnat fortunæ, ut fortis miles hostibus.
7. Vir sapiens rationis paret consiliis.
8. Res secundæ rationis luci sèpè officiunt.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

9. Orator Demosthenes obstabat consiliis Philippi, Macedonum regis.
10. Fortunæ libido gentibus moderatur.
11. Omnes priscorum temporum gentes primò regibus paruerunt.
12. Æquè periculosest omnibus hominibus confidere et diffidere.
13. Gentibus barbaris imperare facilius est quam animi motus compescere.
14. Nihil turpius est quam cupiditatibus suis servire.
15. Nimia libertas levibus nocet hominibus.
16. Pulchris animis placet religio.

## XCV. = REGLA DE LOS VERBOS NEUTROS.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Sexcenta pericula indesinenter hominis vitæ imminent.
2. Cæsar, quum videret milites suos acriter instantes fugientibus hostibus et mortem deprecantibus, exclamavit; «Parce victis, miles!»
3. Patriæ prodesse debemus, quæ omnes charitates nostras complectitur.

4. Vir bonus libenti semper animo legibus simul et insitutis patriæ parebit.
5. Æquum est ut boni filii parentibus obedient.
6. Solon qui in auro et argento beatitudinem non ponebat, Crœso displicuit.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Clarissimi recentiorum temporum scriptores priscis auctoribus studuerunt.
8. Qui historiam legerunt sciunt Augustum et Ludovicum decimum quartum doctis favisse.
9. Servus duobus dominis contrariâ indole servire non potest.
10. Multa quidem possunt irritare nostras cupiditates, illis verò satisfacere nequeunt.
11. Poeta Aristophanes non solum non succensebat claris Athenarum viris, sed ne parcebat quidem diis immortalibus.

XCVI. = RECAPITULACION SOBRE LAS REGLAS  
DE LOS VERBOS.

1.<sup>a</sup> PARTE.

Antioeo.

1. Antiochus, Syriorum rex, Judæos vexaverat et ethnicis faverat, itaque Dominus, qui pati nolebat iniquitates regis populo Israelis infensi, hunc principem virum innumeris calamitatibus oppressit.
2. Quum autem impius iste iram Dei expertus est et veritus est ultionem Domini cœli et terræ, peccata æquè ac scelera confessus est, ea tamen non detestabatur.
3. Non miserebatur infelicium qui horrenda patiebantur supplicia et crudelitatem suam exercebat in eos omnes qui illos consolabantur.
4. Ministris utebatur Judæis infensis et falsos deos venerabatur.

5. Quapropter Dominus illi pœnam irrogavit terribilem;  
voluit ut ejus membra vermbus scaterent.

2.<sup>o</sup> PARTE.

Sócrates.

1. Posterorum admirationem movit Socrates.
2. Assiduè philosophiæ studuit, infelictum misertus est,  
illis consolatus est, illis opitulatus est.
3. Omnibus favebat opificebus qui se commendandos  
præstabant et ingenio suo honestè utebantur.
4. Vitam integrum egit, summā semper animi tranquillitate  
frutus est, et mortuus est capite damnatus  
a nonnullis civibus ab omni virtute alienis.

XCVII. = PARTICIPIOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Puer omnia diligenter officia explens fit aptus ad  
honesta munera exercenda.
2. Grammaticæ leges explanaturus, a discipulis suis  
summam attentionem petit magister.
3. Annibal, a Scipione victus, fugit et a patriâ in per-  
petuum discessit, quam adversus Romanos defen-  
dere non potuerat.
4. Leo captus junior et educatus inter animalia domes-  
tica cum eis innocuos agitare ludos assuescit.
5. Servitus est abjecti obedientia animi propriâ volun-  
tate parentis.

2.<sup>o</sup> PARTE.

6. Germani ad prælium processuri præclara Herculis  
facinora canebant.
7. Antonius, repudiata Octaviâ Cæsaris Augusti sorore,  
Cleopatram Ægyptiorum reginam, in matrimonium  
duxit.
8. Viventis hominis felicitas non minùs incerta est quam  
victoria militis in acie decertantis.

9. Qui malè annos juventutis collocavit, amissum tempus frustrà desiderat.
10. Gallus, escam quærens, margaritam reperit.
11. Solis radii ex pluvia repercussi iridem efficiunt.

### XCVIII. = GERUNDIOS.—TEMPUS LEGENDI.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Cyrus, rex Persarum, Judæis potestatem dedit tempus Hyerosolymæ instaurandi.
2. Juvenilis ætas est tempus discendi.
3. Cupiditas parentibus gratificandi, certum pietatis erga parentes indicium est.
4. Parcimonia scientia est supervacuos vitandi sumptus.
5. Catilina inierat consilium delendi Romam incendio, senatum et cives trucidandi, nomen romanum extingueundi.
6. Spes gloriam comparandi sèpè nos ad fervida consilia impellit nobisque dat vim tolerandi labores maximè arduos.

#### 2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Avari homines non solùm libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu.
8. Beatè vivendi cupiditate incensi omnes homines sunt.
9. Mala et impia consuetudo est contra Deum disputandi.
10. Atticus Ciceronem inflammavit studio illustrium hominum ætates et tempora persecuendi.
11. Inimicitia est ira ulciscendi tempus observans.
12. Non solùm a natura rationem cum latititia vivendi sortiti sumus, sed etiam cum meliore spe moriendi.
13. Diogenes artem tradebat bene disserendi.

### XCIX. = GERUNDIOS.—FIT DOCTUS LEGENDO.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Plerique homines totam vitam agunt cupiendo et desiderando, timendo et sperando.

2. Pauper vires imminuit laborando , dives corpus debilitat bibendo, edendo, otiando.
3. Feri homines vitam degunt venando, piscando, pugnando in ulciscendis suis hostibus.
4. Mens hominis alitur discendo , meditando.
5. Gloriam consequeris parcendo inimicis , et doctus evades lavorando.
6. Suam auctoritatem firmant viri principes religionis auctoritatem firmando.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Alexander moriens, annulum suum Perdiccæ dedit.
8. Miles fugiendo in pugnâ , magistratus discedendo a justitiâ patriam prodit.
9. Seleucus , acceptâ clade, fugiens, tugurium attigit in quo benignè exceptus est, cuius verò dominum occidi jussit, quòd hic illum agnoverat , eique discedens dixerat: «Vale, rex Seleuce.»
10. Occasio sæpè amittitur deliberando.
11. Tum in loquendo , tum in scribendo , verba pendere decet.
12. Aves per aerem volant , alas sursum ac deorsum agitando.

C. = GERUNDIOS.—LEGIT AD DISCENDUM.

(Cláusulas sueltas).

4.<sup>a</sup> PARTE.

1. Tubæ sonitus ad pugnandum movet bellatores.
2. Aculeus datus est apibus ad pungendum, et rostrum ad sugendum.
3. Naturâ propensi sumus non solùm ad discendum, sed etiam ad docendum.
4. Ætatis tempus , quamvis breve , satis longum est ad vivendum bene et honestè.
5. Cameli nati videntur ad portandum onera.

6. E cavernis terræ elicimus ferrum tam necessarium  
ad colendum agros.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Ut equus natus est ad vehendum, bos ad arandum,  
canis ad venandum et custodiendum, sic homo  
natus est ad intelligendum et agendum conve-  
nienter naturæ.
8. Demosthenes et Cicero magnâ utebantur facultate  
ad dicendum.
9. Ad venandum cupiditatem natura nobis ingeneravit.
10. Omnes scriptores animum non sortiti sunt acutum ad  
excogitandum, ad explicandum ornandumque  
überem.
11. Silvæ ligna præbent ad calefaciendum corpus, ad  
parandum cibos, ad conficiendam supellectilem.
12. Musica donum est, quod a naturâ sortiti sumus ad  
tolerandum facilius labores, et leniendum tædia vitæ.

CI. = SUPINOS.—RES JUCUNDA AUDITU.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Malum facile est factu, et aliquando difficile resartu.
2. Vox amici auditu jucunda est.
3. Amicus sincerus et constans rarum est et inventu  
difficile.
4. Pravæ consuetudines difficiles sunt extirpatu.
5. Sapientibus sententiis ornata et plena gravium ver-  
borum oratio cognitu audituque jucundum est.
6. Animi natura difficultis est explicatu.
7. Alpes sunt difficiles ascensu.
8. Caro payonis dura est et concoctu difficultis.

2.<sup>a</sup> PARTE.

9. Quid auditu dulcius quam sermo veritatis.
10. Ferrum est ex omnibus metallis difficillimum tractatu.

11. Historia veterum temporum lectu jucunda est.
12. Facies hominis irati fœda horrendaque visu est.
13. Aquæ frigidissimæ et potu suavissimæ oleribus sunt utilissimæ.
14. Palpebræ, quæ sunt tegumenta oculorum, mollissimæ sunt tactu.
15. Uva primò präacerba gustatu est.

CIL. = SUPINOS.—EO LUSUM.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Orate Deum quando tempus matutinum venerit et quando ibitis cubatum.
2. Græci, olim, in arduis rebus, oraculum Apollinis Delphos miserunt consultum.
3. Multi veniunt quidem salutatum amicos, at pauci, adjutum.
4. Stultitia est venatum ducere invitos canes.
5. Mercatores ad mercatum tendunt emptum aut venditum varias merces.
6. Præfecti regis Persarum legatos miserunt Athenas questum quod Chabrias adversum regem suum bellum cum Ægiptiis gereret.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Divitiacus Romam ad senatum venit auxilium postulatum.
8. In castra Æquorum Fabius, Volumnius et Posthumius legati a Româ venerunt questum, et res ex fœdere repetitum.
9. Quum lusum iret Mecænas, Virgilius et Horatius dormitum ibant.
10. Galli gallinacei cum sole eunt cubitum.
11. Pastor greges pastum educit.
12. Deus nos jubet appropiare auxiliatum iis quorum vita in aliquo discrimine versatur.

CIII. = RECAPITULACION DE LOS PARTICIPIOS,  
GERUNDIOS Y SUPINOS.  
(Cláusulas sueltas).

1.º PARTE.

Ciceron.

1. Cicero Catilinæ videns audaciam simul ac ejus sociorum qui civitatem evertere statuerant Romam comburendo, senatum, consules et cives trucidando, consilium iniit patriam servandi et conjuratos in custodiam conjiciendi.
2. Consilia ideo cœpit necessaria ad patefaciendam coniurationem disturbatu difficilem.
3. Urbem perlustrans, stationes occupatu faciles perspiciebat, eas statim muniebat, et ad repellendum civitatis inimicos satellitibus stipatus incedebat.
4. Nihil tandem omisit ad servandam patriam: et Roma e periculo educta illum patriæ parentem appellavit.

2.º PARTE.

Anacarsis.

1. Anacharsis omnes Græciae urbes percurrentes ad discendum, invisum ibat philosophos inclytos, et ita sapientiam imitatu difficilem comparavit.
2. Ab iis incitatus, invisum ibat monumenta uniuscujusque regionis, et omnibus utebatur occasionibus nova discendi.
3. Senex factus, in patriam rediit, ad incitandas artes inter populares; Scythæ verò, simplices suos anteponendo mores, prudentiam inventu difficilem exhibuerunt.

CIV. = ADVERBIOS.

(Cláusulas sueltas.)

1.º PARTE.

1. Ut rubigo ferrum exedit, ita facultates animi afficit pigritia.

2. Si te diligenter excuties, in te ipso eadem invenies  
vitia quæ apud alios te offendunt.
3. Qui non est hodie aptus ad virtutem, minus cras  
aptus erit.
4. Quantum doctus ab indocto differt.
5. Num vir sapientia præstans vitam cum improbo  
degere potest? — Non.
6. Sæpè nobis est opus auctoritate et consilio et etiam  
gratiæ virorum potentium.
7. Imprudentiam discipulorum nostrorum minimè tote-  
rabimus, imò puniemus.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Utilitas aliquando cum honestate pugnat.
9. Homines primò unguibus et pugnis, dein fustibus,  
et tandem armis pugnaverunt.
10. Elephanti gregatim semper ingrediuntur.
11. Ne ignoto nimium credamus!
12. Errant profectò ii qui existimant sapientiam non  
esse mirabilem.
13. Utinam semper veris amicis uti possimus.
14. Quæ libenter audimus, facile credimus.
15. «Agitedum, commilitones,» dicebat Cæsar militibus  
suis; «agitedum! omnia sæcula virtutem vestram  
laudibus ferent.»

CV. = ADVERBIOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Philosophus Plato doctissimè, doctius quam Cicero  
de natura animi disputavit.
2. Liberi Jacobi Josephum fratrem suum venientem  
videntes, universim exclamaverunt: «Ecce som-  
niator venit, occidamus illum.
3. Judex potius magistratu abire debet quam legem  
violare.

4. Plerique homines citò, citissimè, citius quàm putant moriuntur.
5. Fortasse veniet dies quum sapientiùs quàm nunc homines vivent.
6. Eloquentia in liberis populis, in pacatis civitatibus præcipue floruit.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Multùm habet jucunditatis soli cœlique mutatio.
8. Ubinam gentium fidelem invenietis amicum? nusquam, fortasse.
9. Initium orationis protinus perficere auditores benevolos debet.
10. Homines esse semper beati non possunt.
11. Frequenter terram excolite, uberior erit et vobis fruges uberrimè fundet.
12. Virtutem sæpiùs colamus, tutiùs enim vivemus quàm si cupiditatibus nostris satisfacere velimus.

CVI. = ADVERBIOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Britannia generat minùs frumenti et vini quàm cannabis et lini.
2. Imperator Marcus Aurelius, pueri instar, scholam frequentabat.
3. Cato, fratris ergo, periculosissimum iter suscepit.
4. Cicero Catilinæ consiliis obviām iverat.
5. Cæsar jampridem potentiae gloriæque abunde adeptus erat, quum interfectus est.
6. Agricolæ proximè stabulis armenta tenere debent.
7. Fugit periculum ante eum qui obviām illi sæpe et audacter currit.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Utinam vera inveniamus tam facile quàm falsa perspicimus!

9. Pridie certaminis apud Bovinas commissi, Philippus Augustus regiam obtulit auctoritatem ei qui dignior eā se ipso judicatus esset.
10. Socrati inerat tantū modestiæ quantum doctrinæ.
11. Ubi terrarum proditor æstimatur? — Nullibi.
12. Avidi hæredes flent circa lectum morientis avari; qui verò postridie ejus mortem gaudio se permittunt.
13. Nimis superbiæ officit.

## CVII. = PREPOSICIONES.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>o</sup> PARTE,

1. Per folia fructus maturescunt.
2. Homo vitam a malis auspicatur.
3. Natura in secreto agit.
4. E numero virorum eloquentium erat Cicero.
5. A Deo mundus administratur.
6. De cœlo justitia descendit.
7. Statuæ pro templis falsorum deorum positæ erant.
8. Bona virtutis exempla habete ob oculos.
9. Sub prima frigora , hirundines nostras deserunt regiones.
10. Ante mare , ante terram , ante cœlum quod tegit omnia, unus erat naturæ vultus.
11. Erga parentes estote reverentes.
12. Ægyptii reges, post mortem, ante judices sistebant.

### 2.<sup>o</sup> PARTE.

13. Apud Platonem , pulchra de sapientiâ præcepta unusquisque legere potest.
14. Apud Romanos, diu sinè honore fuit medicina.
15. Super collibus Ægyptiæ urbes conditæ erant.
16. Quidam septentrionis populi subter terrâ habitant.
17. Agricolæ propter aquæ rivum apes collocare debent.
18. Benevolentia erga omnes homines virtus est sapientis.
19. Secundum vendemiam venit hiems.

CVIII. = PREPOSICIONES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Sæpè post calamitatem, quas ante habebant vires homines amiserunt.
2. Philosophi veteres animum in pectore ponebant, alii super, alii subter.
3. Quando Gracchus dicebat, pone stabat tibicen, nobatque modum qui verba oratoris debebat temperare.
4. Pauci homines ad senectutem veniunt.
5. Patrium habet Deus adversus bonos viros animum.
6. Terra se circùm axem convertit.
7. Inter ignem et terram, aquam Deus et aerem posuit.
8. Jani templum bis post Numæ regnum clausum fuit.

2.<sup>o</sup> PARTE.

9. Legi divinæ et humanæ parebunt qui secundùm justitiam vivere volunt.
10. Usitatæ res facilius e memoria elabuntur quam insignes et novæ.
11. Vita proba via est in cœlum.
12. Apud Babylonem, super arce, pensiles horti erant.
13. Plato iræ sedem in pectore, cupiditatis verò subter præcordia locavit.
14. Quā felicitate frueremur absque notitiâ Dei?
15. Orientem versùs Scythia porrigebatur.

CIX. = CONJUNCIONES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Homo quilibet bonus et sapiens est, vel malus et nocens.
2. Discipuli laborem amare debent, nam scientiam parit; virtutem colere, fons enim est felicitatis.
3. Quamvis Romani cum Parthis bellum sæpè gesserint, nunquam eos subigere potuerunt.

4. Si adolescentes senum consiliis absequerentur certam sibi pararent felicitatem.
5. Fuge malorum societatem, te enim vitium docebunt; vitium autem parit calamitatem.
6. Dum quidam sit felix, multos numerabit amicos.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Neque aurum, neque honores, neque vestes prætiosæ felices nos præstant.
8. Taurus avis, quum sit pusilla, tamen boum vocem imitatur.
9. Natura nobis dedit pedes ut ambulemus, sicut oculos ut videamus.
10. Virtutem colamus ac religionem honoremus, ea enim afflictorum consolatrix est.
11. Sapientia est veluti solita comes viri boni.
12. Dum exercitus Annibalis disfluebat deliciis Capuae, Romani se accingebant ad redintegrandum acriū bellum.

CX. = CONJUNCIONES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Quum Romani imperatores morerentur, senatus eos referebat inter deos.
2. Darius Charidemo si credidisset suadenti ut aurum et argentum, quo fulgebant ejus copiæ, insumeret in conducendis militibus bello induratis, haud scio an ab Alexandro victus fuisset.
3. Omne animal, ut vult, ita utitur motu sui corporis.
4. Pisces aut hamā, aut nassā, aut retibus capiuntur.
5. Ætna et Vesubius ignes et flamas evomunt.
6. Sine calore solis neque animalia vivere, neque plantæ crescere possunt.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Ut magistratibus leges, ita populo magistratus præsunt.
8. Simul atque natum est animal, voluptatem amat, eam appetit ut bonum, et dolorem ut malum aspernatur.

9. Fuit Lacedæmoniorum gens fortis, dum Lyceurgi leges viguerunt.
10. Fabæ Pythagorei utique abstinuere, quasi cibo isto mens inflaretur.
11. Perfugium videtur omnium laborum et sollicitudinum esse somnus, at ex eo ipso plurimæ curæ metusque nascuntur.
12. Ita moriemur ut vixerimus.

## CXI. = INTERJECCIONES.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. «Proh! dii immortales,» dicebat Tantalus in mediis aquis, «sedate sitim quæ me consumit.»
2. Væ dominis quorum virgæ membra famulorum suorum dilaniant!
3. «Heu! me miserum,» exclamabat Job, dolore et tristitia confectus.
4. Hui! maximas habuisti divitias.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

5. Væ hominibus qui a virtutis tramite discedunt!
6. Ah! nescit quām doleat ille cuius non tranquilla est conscientia.
7. Papæ! quām nos delectant litteræ quas Cicero ad Atticum amicum suum scribebat.
8. Heu! insanos homines qui divitias et honores suavibus virtutis deliciis anteponant.

## CXII. = RECAPITULACION

DE LOS ADVERBIOS, DE LAS PREPOSICIONES, DE LAS CONJUNCIONES  
Y DE LAS INTERJECCIONES.

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

**La Paloma y la Corneja.**

1. Olim columba cum pullis suis implumibus mærebat.

2. *Cornix illius moeroris causam sciscitata, columba dixit:*
3. «*Pario sèpè pullos, et quum adoleverunt herum cum liberis suis raptum illos venit.*
4. «*Ita, sum infelix propter fecunditatem meam: heu! in video sorti matrum sterilium.*»
5. *Cornix benignè et comiter respondit.*
6. «*Tu sanè misera es; sed quum sobolem amisisti, alia te statim consolatur; ego verò, quum mea rapta est, per totum annum vivo infelix.*»

2.<sup>o</sup> PARTE.

*Cimon.*

1. *Cimo, Atheniensis præclarè bonis usus est.*
2. *Divitias comparabat ut eas liberaliter inter cives spargeret.*
3. *Hortos habebat in quibus custodes nunquam imposuit, ut omnes liberè ipsius bonis uterentur.*
4. *Quotidie mensam copiosè exstructam habebat, ut quos in foro vidisset devocaret omnes pauperes.*
5. *Eum pedisequi cum nummis sequebantur, ut celeriter in opibus opitularetur.*
6. *Sumptu suo sèpè extulit pauperes qui non reliquerant unde efferrentur.*

CXIII. — SUPLEMENTO A LAS DECLINACIONES.

1.<sup>o</sup> y 2.<sup>o</sup> DECLINACION.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. *Cybeles festa Megalesia vocabantur.*
2. *Jupiter Bacchum e Semele suscepit.*
3. *Aeneam Juno insectata est.*
4. *Carminum tuorum suavitas, O Virgili! leporēm Heratii carminum adæquat.*
5. *Jupiter pœnas irrogavit Prometheo, qui parem se diis existimabat.*
6. *Romani originem ducebant a Dardanidis.*

7. Romæ, liberi erant sub potestate patrisfamiliâs.  
8. Mercurius erat nuntius deûm.  
9. Quintilianus eminuit professione rhetorices.  
10. Apud Romanos, filiisfamiliâs sæpè capite damnati  
sunt a patribus familiâs.  
11. Æneas Anquisæ patri magnificas duxit exequias.  
12. Deus omnipotens, hominum preces exaudi!  
13. «Fili Ulyssis,» aiebat Mentor Telemacho, «magna  
fata te manent.»  
14. Achilles, Pelide! Trojæ exitium attulisti.  
15. Androgeo, filio Minois, occiso ab Atheniensibus, filii  
necem ulcisci Minos voluit. «O Androgeu!» ex-  
clamabat; «o dilecte fili! pater necem ulciscetur  
tuam. Et vos! qui Androgeon enecavistis, qui  
Androgei sanguinem effudistis, Androgeo immo-  
labimini.»

#### CXIV. = SUPLEMENTO A LAS DECLINACIONES.

##### 3.º DECLINACION.

(Cláusulas sueltas).

##### 1.º PARTE.

1. Padus cum Athesi in Adriaticum mare influunt.  
2. Pars quædam Italiæ Adriatico mare alluitur.  
3. Quum Galli in Italiam invaserunt ab Arno ad Ti-  
berim processerunt.  
4. Pistrinariis farre opus est ad panem consciendum.  
5. Murium dentes scripta quædam antiquitatis roserunt.  
6. Crabrones vescuntur melle apum.  
7. Vectigalium perceptio civitatum ærarium ditescere  
solet.  
8. Virgilius boum curandorum artem docuit.  
9. Murium simul ac mustelarum gens feles oderunt.  
10. Divites Romani liberos suos monili aurco ornabant.

2.<sup>a</sup> PARTE.

11. Pellium villosum mercatores glirum pellem et præsertim glirum marium expetunt.
12. Ruricolæ equis aut bobus utuntur ad arandum agros.
13. Oderâ et Albi irrigatur Germania.
14. Accipitrum rostrum aviculis metuendum est.
15. Homeri pariter ac Virgilii dii nectare potu utebantur.
16. Avium volatus omen habebatur.
17. Batavi paludum suarum altitudine tuti erant.

CXV. = SUPLEMENTO A LAS DECLINACIONES.

3.<sup>a</sup> DECLINACION.

(Cláusulas sueltas).

4.<sup>a</sup> PARTE.

1. Tyrannide abjiciuntur homines.
2. Omnes homines poesis illecebris non moventur.
3. Pallantium oppidum Arcadum manu conditum est.
4. Discipuli student poematibus Virgilii, Horatii et Homeri.
5. Majores nostri aerem numen habebant.
6. Qui latinis student litteris Æneide delectantur.
7. Quis nescit in mari animantium mundum vivere?
8. Franci primùm Scaldis ripas incoluerunt, quum Galliam invaserunt.

2.<sup>a</sup> PARTE.

9. Urbium incolæ ruris sedem amant.
10. Montium cacumen nivibus sœpè operitur.
11. Mors nullo discrimine divitum laquearia, et pauperis tabernam invisit.
12. Pastores canum collum ferreo monili instruunt.
13. Alexander Macedonas invictos fecerat.
14. Regum diadematis hærent spinæ.

## CXVI. = SUPLEMENTO A LAS DECLINACIONES.

### 4.<sup>o</sup> DECLINACION.

#### —NOMBRES IRREGULARES.

#### —OBSERVACIONES SOBRE LOS NOMBRES COMPUESTOS.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Darius bellum gessit cum tribubus Seytharum; gens illa arcubus utebatur, et his arcubus volucres sagittas jaculabatur.
2. Jupiter educatus est à sacerdotibus Cybeles, in specubus montis Idæ.
3. Ex Italiæ lacubus insalubres exsurgunt vaporess.
4. E quercubus et præsertim e garritu avium omnia veteres ducebant.
5. Veteres heroes boves ipsi cædebant et verubus suspendebant.
6. Cæsar domus suæ antiquitatem prædicabat.
7. Scientia romanorum jurisconsultorum, recentium temporum jurisconsultos quotidie docet.

#### 2.<sup>o</sup> PARTE.

8. Apud populos antiquitatis patribus familiâs erat summa potestas.
9. Helvetia concretâ glacie, rupibus et lacubus est conspicua.
10. Jusjurandum est affirmatio religiosa, itaque oportet jusjurandi fidem revereri.
11. Marmoreas domos Romani ædificabant.
12. E quercubus Gallorum arma pendebant.
13. Ficos et oleas Palladi veteres sacrabant.
14. Sacri historici de duodecim tribubus Israelis sæpè loquuntur.

## CXVII. = RECAPITULACIÓN

SOBRE EL SUPLEMENTO Á LAS DECLINACIONES.

Consejos de un padre á su hijo.

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Lege, fili mí, populorum historiam: disces Romanos Martem, Pallada et Junonem coluisse, et Jovi dedit cognomen patris hominum et deorum.
2. Tribuebant quoquè cultum aliis diis aliisque deabus et heroibus qui clarum reliquerant nomen apud homines.
3. Orpheus inclytus erat apud veteres et suis calamitatibus, et quia studiosissimus erat musices: dii ipsi Orpheo faverunt.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

4. Non debes præterea grammatices et rhetorices studiorum negligere; sed etiam artes jucundas discere debes æquè ac historiam herorum antiquitatis.
5. Æneas, qui unus est ex his heroibus, patrem coluit deosque veneratus est; imitare Ænean, Deo servi et parentes verere, Deus enim animabus piis et humilibus favet, et filiis filiabusque reverentibus benedit.
6. Virgilius scripsit pulcherrimum poema de itineribus et laboribus hujus viri principis.
7. Cecinit etiam Orhei infortunio qui totâ vitâ luxit conjugem suam Eurydicem, quique, animam efflans, dilectæ Eurydices nomen adhuc recantabat.
8. Vitam consumpsit Vigilius in scribendis aliis poematisbus, quæ libenter leges, quia sunt jucunda lectu, quum cognitos habebis poeseos lepores.

## CXVIII. = NUMERALES.

(Cláusulas sueltas).

### 4.<sup>a</sup> PARTE.

4. Tres Curiatii a tribus Horatiis victi sunt.

2. Quædam animalia spatio tantum unius diei vivunt.
3. Nemo potest duobus dominis obedire.
4. Improbus civis ille qui in seditione neutrius partis est.
5. Utrā libentiū utendum est aurene an lingua.
6. Insula Creta centum oppidis potens erat.
7. Numeri unus, tres, quinque, septem, novem, undecim, decem et tres (vel tredecim), undeviginti, impares vocantur; duo, quatuor, sex, octo, duodecim, quatuordecim, decem et sex, duodeviginti, quatuor et viginti, viginti sex, triginta duo, pares appellantur.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Roma a regibus administrata est circa ducentos et quinquaginta annos.
9. In Græciâ erat concilium senatus quingentorum vocatum.
10. Sylla tria millia hominum sinè suspirio trucidavit.
11. In Galliâ numerantur quadrigentæ urbes, quadraginta tria millia vicorum et pagorum, quatuorque millia trecenti octoginta fluvii.
12. Aquilæ terna pariunt ova, binosque excludunt pullos.
13. Galliæ sexcenta millia circiter domiciliorum capiebant.
14. Lunares apud Romanos menses novem et viginti dies continebant.
15. Gallia olim erat divisa in tres partes; quarum unam incolebant Belgæ, aliam Aquitani, tertiam Celtæ.

CXIX. = NUMERALES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Alexander Asiam invasit cum exercitu triginta milibus hominum.
2. Phœnices confecrè intrâ tres annos susceptum iter circum Africam, jussu et impensâ Nechaonis, regis Ægyptiorum.

3. Ab octigentis annis artem typographicam Sinæ noverunt.
4. Henricus quartus septem et quinquaginta annos vixerat, et viginti unum regnaverat quum intersectus est.
5. Condita Carthago est octoginta duobus annis ante quam Roma esset.
6. Urbs Troja obsessa est, per decem annos, ab universâ Græciâ, ob unam mulierem.
7. Ab initio, romanæ legiones trium millium fuere peditum et trecentorum equitum.

2.<sup>o</sup> PARTE.

8. Romani centum annos legem Æliam tenuerant, rationem verò censoriam quadragecentis tenuerunt.
9. Satrapes, apud Persas, quatuor millibus ducentis quinquaginta urbibus, vicis, pagis, sæpè imperabat.
10. Viginti quinque millia hominum exercitum non ita magnum efficiunt.
11. Cæsar, sextum et quinquagesimum ætatis annum agens, tribus et viginti seu viginti duobus vulneribus confossus occidit.
12. Cicero interiit, vitæ sexagesimum quartum agens, anno ante Christum natum quarto et quadragesimo.

CXX. = NUMERALES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Amplissimæ pyramidæ latus septingentos et octoginta tres pedes longus est.
2. Noemi navis, centum ulnis circiter longa, duobus et triginta alta, quinquaginta quatuor lata fuit.
3. Veris initio, castorum feminæ duos tresve fœtus pariunt, quos amore summo educant.
4. Feles duodecim aut quindecim annos vivit.
5. Longitudo totius Dianæ templi, Ephesi, quadrigenitorum viginti quinque pedum fuit; latitudo, ducentorum et viginti.

6. Veteres historici multa locuti sunt de Mœri lacu, qui quingenta passuum millia circuitu complectebatur.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Duobus modis vi aut fraude utitur injuria.  
8. Isocrates in jus est vocatus, anno ætatis octagesimo secundo.  
9. Octo Romanorum millia, post Cannensem pugnam, in Pœnorum manus venerunt.  
10. Potestas regia ducentos et quadraginta quatuor annos stetit Romæ.  
11. Sexcentos homines cohortes romanæ continebant.  
12. Pertinax a Juliano obruncatus perit, annos natus septem et sexaginta.  
13. Stella Martis quatuor et viginti mensibus, tribus aut quatuor diebus minus, duodecim signorum orbem lustrat.

CXXI. = COMPARATIVOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Historia jucunda est, poesis jucundior est.  
2. Horti floribus ornati sunt jucundioribus quam prædia; prædia verò sunt utiliora.  
3. Quum ingruit senectus, corpus fit infirmius, gravius, membra rigidiora, sensus torpentiores.  
4. Cœtus falsorum numinum clarus erat; christianorum cœlum est augustius.  
5. Armis potentius æquum est.  
6. Lux sonitu velocior est.  
7. Pulchriora sunt animi quam corporis lineamenta.  
8. Alexander semper bello clarior fuit quam post victoriam.  
9. Dania fertilior est Sueciâ.  
10. Europa est minor, sed potentior et doctior Asiâ, Africâ Americâ.

2.<sup>a</sup> PARTE.

11. Homines ducunt sapientiam insipientiā pulchriorem;  
virtutem, divitiis pretiosiorem.
12. Principes Arabum erant liberaliores quām reges  
Europæ, benevolentiores erant erga doctos; eorum  
palatia erant pulchriora, ditiora, vestes elegantio-  
res, incœpta magnificentiora.
13. Vinum aquā melius est.
14. Minerva sapientior erat quām cæteræ deæ.
15. Funestiores sunt divitiæ quām omnia belli pericula.
16. Cultus ager dat fluctus meliores et copiosiores quām  
incultus.
17. Mare belluas habet majores quām terra.

CXXII. = COMPARATIVOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Socratis nomen celebrius est nomine Diogenis.
2. Minorum avium cantus magis canorus est quām vox  
majorum.
3. Nullam capitaliorem pestem quām voluptatem natura  
dedit hominibus.
4. Servitus pejor est quām omnia mala.
5. Omnes fontes æstate quām hieme sunt gelidiores.
6. Græci magis erant metuendi quām Xerxes existi-  
mabat.
7. Vaccarum lac frequentius est lacte caprarum.
8. Usu scimus hostium exercitus adventum agris quām  
urbi terribiliorem esse.

2.<sup>a</sup> PARTE.

9. Romani magis idonei ad bellum fuere quām Cartha-  
ginienses.
10. Græcorum copiæ magis strenuæ erant quām copiæ  
regis Persarum.

11. Naturæ simplicitas amabilior est quàm omnia artis ornamenta.
12. Nulla virtus magis idonea est ad conciliandum animos quàm facilitas et humanitas.
13. Cautior quàm audacior, vulpes temporibus suam agendi rationem accommodat.
14. Leges Draconis asperiores erant quàm æquiores.
15. Sæpè, amicus amico aperit consilium utilius quàm jucundius.
16. Plebeii homines sunt sæpè magis magnanimi quàm proceres.

### CXXIII. = COMPARATIVOS.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Allobroges nullâ gallicâ gente opibus aut famâ inferiores erant.
2. Sæpè, celerior est virtutis quàm ætatis cursus.
3. Tarquinius pater non potentior Romæ, quàm filius Gabiis erat.
4. Epaminondas non fuit cupidior gloriæ quàm pecuniæ.
5. Inter plurima vitia nullum est frequentius quàm ingratia animi.
6. Artificium naturæ forsan magis mirum est in parvis quàm in magnis.
7. Romani aliquando fuere magis seri quàm gentes quas barbaras vocabant.

#### 2.<sup>o</sup> PARTE.

8. Jupiter cæteris diis erat potentior.
9. Sorex minor est fele.
10. Calumnia pejor est quàm cœdes.
11. Aristippus philosophus græcus, frugalior erat Astyage, Medorum rege.
12. Hibernia est dimidiò minor quàm Britannia.
13. Animus in aliquo morbo non magis est sanus quàm corpus quod in morbo est.

14. Omnibus in rebus, necessitatis inventa antiquiora sunt quām voluptatis.
15. Est Themistoclis quām Solonis nomen ilustrius.
16. Arbitror Socratem esse magis inclitum quām Alexandrum.

## CXXIV. = SUPERLATIVOS.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Stellæ quæ lacteam Viam signant minimæ sunt.
2. Lopus simillimus est cani.
3. Plato fuit philosophorum græcorum longè doctissimus.
4. Urbs Syracusæ fuit pulcherrima et maxima ex omnibus græcis urbibus.
5. Cervo sunt crura minutissima.
6. Agri fertilissimi spicas dant gravissimas agricolis impigerrimis.
7. Pigritia pessimum est omnium vitiorum.
8. Minimum auxilium misero opitulatur.
9. Josephus in aulâ Pharaonis factus est ditissimus.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

10. Tigris sævissima est inter feras.
11. Roma fuit omnium urbium maximè conspicua.
12. Bellum faustissimum est populorum pestis maxima; bellum injustè susceptum est regum scelus maximum.
13. Calumniator est inter feras crudelissima, adulator verò inter cicures maximè noxia.
14. Rarissimi sunt benevolentissimi homines.
15. Vespasianus pater fuit Titi imperatoris optimi, munificentissimi et benevolentissimi.
16. Amor in parentes sanctissimum est et facillimum officiorum.
17. Canis et equus sunt fidelissima omnium animantium.

CXXV. = SUPERLATIVOS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Pygmæi erant minimi.
2. Gigantes erant homines maximi.
3. Zoilus, criticorum maledicentissimus, expulsus est a Ptolomæo, liberalissimo, benevolentissimo litterarum et artium patrono.
4. Munatius Plancus erat Cleopatræ reginæ humillimus adulator.
5. Alexander est domitor gentium celeberrimus ex priscis ætatibus.
6. Gloria est inter mercedes pulcherrima.
7. Augustus fuit callidissimus tyrannorum.
8. Varro habetur inter duces romanos maximè temerarius.
9. Cicero elloquentissimus est inter scriptores latinos.
10. Labores difficillimi sunt facillimi viris fortibus et honestis.

2.<sup>a</sup> PARTE.

11. Larix et abies omnium arborum altissimæ et rectissimæ sunt.
12. Plinius scripsit pastinacas piscium tardissimos esse.
13. Milium omnium frugum fertilissimum est.
14. Suevorum gens erat longè maxima et bellicosissima Germanorum omnium.
15. Philosophi prudentiam omnium virtutum maximam ducunt.
16. Opera Dei sunt magnificentissima.
17. Apes et bombyces utilissimæ sunt bestiolarum.
18. Egestas est omnium magistrorum optimus.
19. Homo est pulcherrimum opus Dei.

## CXXVI. = SUPERLATIVOS.

(Cláusulas sueltas).

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Civitates maximè insignes Græciæ fuerunt Athenæ et Lacedæmon.
2. Moses, celeberrimus ille dux Judæorum, quo nullus inter historicos antiquior, inter philosophos sublimior, inter legislatores sapientior, admirationi fuit maximis inter veteres viris.
3. Optimus inter homines eris, si sit in te ratio ad naturæ voluntatem accommodata.
4. Xantippe verba maledicentissima adversus Socratem congregebat.
5. Deus dedit arma animalibus infirmissimis.
6. Ditissima sæpè domos subvertit effusio.
7. Vir bonus honestissima utilissimis anteponit.
8. Luna sidus est terræ proximum.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

9. Fidelissimos inter amicos rogemus, ut nos libere de peccatis moneant.
10. Auster est ventorum calidissimus.
11. Cervus, ut nobilissimus inter silvieolas, in silvis tenet partes quæ altissimis arborum cacuminibus obumbrantur.
12. Via quæ dicit ad gloriam est omnium maximè ardua et lubrica.
13. Manasses primò se maximè impium gessit inter reges Judæ.
14. Victoriae solito prudentissimo duci facillimæ sunt.
15. Ajax accerrimus erat.
16. Somnus morti simillimus est.

## CXXVII. = RECAPITULACION

SOBRE LOS NUMERALES, COMPARATIVOS Y SUPERLATIVOS.

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

Valor de los libros antiguos.

1. Olim, opera poetarum et philosophorum multò pluris veniebant quàm nunc.
2. Plato decem millibus drachmorum, vel mille et septingentis quinquaginta francis argenteis mercatus est tres libros a discipulo quodam Pythagoræ scriptos.
3. Aristoteles Speusippi libros tribus talentis atticis, quinque millibus circiter et viginti francis libris, emit.
4. Isocrates orationem vendidit viginti aut duobus et viginti talentis, scilicet tricies et ter mille sexcentis circiter francis argenteis.
5. Denique, Octavia Virgilio dena dedit sextertia pro singulis versibus quos considerat in honorem Marcelli, hujus feminæ principis filii.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

Temis, diosa de la justicia.

1. Themis, filia cœli et terræ, cæteris omnibus deabus prudentior fuit.
2. Sapientissimè in Thessaliâ regnavit, nec ullus unquam princeps magis pacificus exstitit.
3. Facillima, benevolentissima reginarum, leges dicebat sapientissimas, judicia tuebatur, severissimam fovebat æquitatem in conciliis et sententiis.
4. Itaque populi eam justitiæ deam appellaverunt, eique post mortem pulcherrima et magnificen-tissima templo voverunt.

CXXVIII. = VERBOS IRREGULARES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Nunquam ignavi audent, ausi sunt, audebunt ire ad prælium.
2. Audentes fortuna juvat, eos qui ausi sunt juvit.
3. Homines magis temerarii quam prudentes ad omnia audenda sunt parati.
4. Audendo, audere homines discunt.
5. Apud historicos romanos legimus Gallos ausos fuisse romanæ reipublicæ bellum inferre.
5. Romani Neronis morte gavisi sunt.
7. Quemadmodum sole flores, ita humore gaudent plantæ.

2.<sup>o</sup> PARTE.

8. Qui aliis imperare cupit, studere debet quibus rebus milites in officio contineri soleant.
9. Si omnes pueri legere solerent libros utiles, doctrinam acquirerent.
10. Animus prudentiæ et sapientiæ fidens nunquam deficit.
11. Qui fortunæ diffidet sapiens erit.
12. Exercitibus romanis Parthi semper diffisi sunt.
13. Deus puniet semper eos qui illum offendere ausi fuerint; contremiscant ergo illi qui, eum oblivisci ausi, sibi confisi sunt, ejus enim iram sustinere non audebunt.
14. Cato ridere non solebat.

CXXIX. = VERBOS IRREGULARES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Si victoriam tulissent Trojani, in luctu non esset civitas.
2. Omnia fert, feret ætas.
3. Musices professio magnos fructus attulit.
4. Viri sapientes! fortunam moderatè fert.

5. Quem ferremus, si parentem non feremus nostrum?
6. Natus est homo omnibus ferendis vitae miseriis.
7. Semper abstulit solitudo fructum voluptatum.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Autumni folia vento feruntur, lata fuerunt, semper ferentur.
9. Si ab Homero laudatus fuisset Alexander, ad astra nomen ejus latum fuisset.
10. Scimus Gallos virtute omnibus gentibus praelatos fuisse.
11. Differuntur nubila, dico nubila dilatum iri aquilone.
12. Vento semper differentur favillæ.
13. Romæ, duodecim fasces consulibus præferebantur.
14. In tantâ paupertate decessit Aristides ut vix reliquerit unde efferretur.

CXXX. = VERBOS IRREGULARES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Nihil insolentis ex ore Timoleontis exiit.
2. Vere, gramen per rura redit.
3. Redeunt anni, juventa verò non redit.
4. Annis redeuntibus, voluptates redire deberent.
5. Eunt anni similes aquæ fluenti.
6. Virgilius dicit, in uno ex suis poematibus, Aeneam in inferos ivisse.
7. Vela sæpè tendunt nautæ, quamvis remigio eat navis.
8. Meliores sunt homines, accedente senectâ.
9. Legite, adolescentes, ut fatis docti.
10. Quum Demosthenes primam artis suæ litteram nequiret dicere, naturam superare voluit.

2.<sup>a</sup> PARTE.

11. Ei, dixit Antisthenes, qui probitatem suam salvam esse velit, opus erit vel veris amicis, vel inimicis vehementissimis.

42. In quibusdam locis, vado Rhodanus transitur.
43. Amico noli maledicere, ac ne inimico quidem, inquietabat Pittacus.
44. Licet Græci et Romani agnoscerent divinum numen esse ubique diffusum, attamen, ut augerent, pietatem suam in deos, voluerunt ut ii easdem urbes incolerent quas ipsi.
45. Annibal interire maluisset quam Romanos non experiri.
46. Timoleon maluit se amari quam metui.
47. Deus nolit ut homines adeo avidiores sint gloriæ.

#### CXXXI. — VERBOS IRREGULARES.

(Cláusulas sueltas).

##### 1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Verres prætor Siciliæ factus est.
2. Cæsaris occidendi consilium a Bruto initum et perfectum est.
3. Hora præterita nunquam redibit.
4. Alexander Magnus audaciū inibat pericula præliorum.
5. Quando justus esse noles, nocens eris.
6. Quidam homines certa quam incerta malunt.
7. Ignavi semper fugere quam pugnare maluerunt.
8. Äquitate quam armis tueri regnum bonus princeps mavult.
9. Maximum honorem senibus tribui voluit Lycurgus, Lacedæmoniorum legislator.

##### 2.<sup>o</sup> PARTE.

10. Plerique homines divites potius quam sapientes esse velint.
11. Non vis esse iracundus, noli esse curiosus.
12. Corrigi non vult qui se peccasse negat.
13. Noli eum imitari quem male agere putas.
14. Titus dicebat fore ut mallet unum civem servare, quam unum hostem perdere.

15. Nobis compertum est Annibalem Alpes cum exercitu transiisse.
16. Flumina pedibus rarò transiri possunt.
17. Deus, quum dare mandata populo suo vellet, Mosem arcessere solebat.

### CXXXII. = VERBOS IRREGULARES.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Eloquentia sinè sapientia obest plerumque, prodest nunquam.
2. Toga, quamvis crassa, frigus defendere queat.
3. In tam exigua brevitate vitæ, nihil magni sapienti esse potest.
4. Homines sola rectè vivendi ratio meliores efficere poterit.
5. Homines negligunt mala quæ sanare nequeunt.
6. Alexander verè magnus fuisset, si cupiditatibus imperare potuisset.
7. Ut quimus vivamus, quando non datur vivere ut volumus.

#### 2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Aut prodesse volunt aut delectare poetæ, aut simul et jucunda et idonea vitæ dicere.
9. Nolim esse laudator, ne videar adulator.
10. Rara vulgaribus comparamus; desiderabilia, iis quibus carere facilè possumus.
11. Inerat Crasso pudor quidam, qui non modò non oberat ejus orationi, sed etiam proderat.
12. Contemnimus eos qui neque cæteris neque sibi prosunt.

### CXXXIII. = VERBOS IRREGULARES.

(Cláusulas sueltas).

#### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Qui se ipsum noverit, aliquid divini sibi inesse intelliget.

2. Ita vive ut omnes maledicos accusare possis mendacii.
3. Mementote amicorum præsentium et nolite oblivisci inimicorum.
4. Viri boni facilè obliscentur injurias, sed beneficium meminerint.
5. Non sibi soli se natum meminerit homo, sed patriæ, sed suis.
6. Puer dives doctrinas comparare debet, quæ, quid eveniat, ei prodesse possint.
7. Ut vasa angusto ore difficilius recipiunt, sed retinent certius liquorem, ita tarda ingenia tenaciùs meminerunt.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Cupressi semina adeò minuta sunt ut quædam oculis cerni non possint.
9. Mali principes viri dicunt: «Me oderint populi, dum metuant.»
10. Perversos homines exosi, appetimus naturam et Creatoris opera miramur.
11. Mementote, adolescentes, vestrum esse maiores natu vereri.
12. Homines timidi oderunt improbos, sed eos metuunt, nec audent aggredi.

CXXXIV. = VERBOS IRREGULARES.

(Cláusulas sueltas).

4.<sup>a</sup> PARTE.

1. Homo gloriæ cupidus quotidie secum hæc verba dicit: «Faciam ut mei semper meminerint posteri.»
2. Philosophus Zeno quum omnia se bona amisisse audiret: «Fortuna, inquit, vult me expeditius philosophari.»
3. Barbari ferro decertare acerrimè possunt, aiebat Cicero, sed morbi dolores tolerare nequeunt.
4. An non novisti, fili, aiebat Antigonus filio suo, violenter agenti adversus cives, an non novisti,

inquam, regiam potestatem nobilem esse servitutem?

5. Quām utilia sunt Senecē præcepta! Assuescamus, inquietabat semper, a nobis amovere pompam et magnificientiam.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Neminem unquam scientiæ neque virtutis puduit.  
7. Pulchrum est sua vitia nōsse.  
8. Alexander, interrogatus ubinam thesauros suos reconderet: «Apud amicos,» inquit.  
9. Diogenes prædicare solebat se feliciorem esse quām regem ipsum Persarum: «Mihi nihil deest,» inquietabat; «illi autem nunquām satīs adest.»  
10. Deus auxiliari non solet temerè periculum adeuntibus.  
11. Nemo potest fieri bonus vir sīnē Deo.

CXXXV. = VERBOS IRREGULARES.

(Cláusulas sueltas).

4.<sup>a</sup> PARTE.

1. Licebat Spartanis adolescentibus furari, sed illis non licebat deprehendi.  
2. Non omnibus libet hominibus in solitudine vivere.  
3. Adolescentem semper decebit modestia.  
4. Meritō putatur animam esse immortalem.  
5. Necessarium est fortissimē pugnetur ut victoria referatur.  
6. Quando malē agent homines, illos pœnitibit.  
7. Si peccatores pœniteret, veniam suam ferrent.  
8. Diogenem paupertatis suæ non puduit.  
9. Oportet, oportebit ut homines pigeat suo defuisse officio.

2.<sup>a</sup> PARTE.

10. Credo quosdam homines virtutis facile tædere; vita eorum nos pudeat.  
11. Dicitur cervos celerrimos esse; dicebatur eos diutissimē vivere.

12. Traditum est gigantes diis bellum intulisse.
13. Oportet amare patriam: apud Romanos, illi corpore operam navare oportebat.
14. Vos pudeat malos imitari.
15. Inimici testimonio credi non oportet.
16. Pravitates animi vitia esse dicitur.

## CXXXVI. = RECAPITULACION

### DE LOS VERBOS IRREGULARES.

#### 1.<sup>a</sup> PARTE.

##### La Bondad de Dios.

1. Adamus Creatorem offendere ausus est et statim punitus est.
2. Dominum tamen illius misertum est, quum illum peccati sui pœnituit.
3. Bonus ille pater generis humani exitium nolebat, semper enim clementiæ suæ æternæ meminerat; sed peccatum tunc oderat ut illud hodie adhuc odit.
4. Suspiria miserorum audire solet, illumque malorum hominum miseret, sinceram verò vult pœnitentiam.
5. Itaque ii, quos flagitiorum suorum piget, misericordiam sperare queunt, ii autem peribunt, quos peccatorum suorum non pœnitabit.

#### 2.<sup>a</sup> PARTE.

##### Sobre el pueblo romano.

1. Maxima audebat populus romanus ad comparandum gloriam et vincendum reipublicæ hostes.
2. Victores redibant milites, aut pugnando peribant; laboribus gaudebant et fluvios montesque transibant.
3. Otium oderant, quod, inquietabant, fortes milites non decet, sed mulieres et ignavos.

4. Non ignoratur eos belli leges novisse et disciplinæ meminisse.
5. Itaque, a peritis ducibus ducti, semper felices et victores redire poterant, quia mortem quam infamiam malebant.

## CXXXVII. — RECAPITULACION GENERAL.

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

#### La Encina y la Caña.

1. Quercus arundini dicebat, eam irridens: «Quam tu me miseret! in ripâ paludis posita ubi vix apparere potes, flectis caput, ad minimum zephyri flatum.
2. Me verò inspice; quonam usque assurgam vide, quamque hic truncus validus ventis sævissimis resistere possit.»
3. Dum autem sic vires quercus jactabat suas, tempestas vehemens coorta est. Arundo, procellæ furori cedens, nullum passa est damnum; quercus verò, fracta, cecidit ad pedes ejus quam modò spernebat.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

#### La Pescadilla y el Atun.

1. Apua piscis est oceani, pede uno plusve longus.
2. Se ad littora recipit, quum illi instant majores pisces; par verò periculum adit fugiens, nam in retia se conjicit piscatorum.
3. Caro ejus est salubris, et adeò levis stomacho ut a convalescentibus imòque ab ipsis ægrotis edi possit.
4. Thumnus in mari Mediterraneo versatur: algâ et plantis marinis vesci solet, tonitru strepitumque pavet, et in retia imprudenter se conjicit.
5. Muriâ conditus, cibum præbet optimum.

## CXXXVIII. = RECAPITULACION GENERAL.

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

#### Clemencia del rey Roberto.

1. Quosdam homines in regem Robertum conspirare non puduit.
2. Sed diu perfidum consilium clam moliri nequiverunt.
3. In carcerem conjecti, odiosum istud facinus negare non ausi sunt.
4. Illud verò sincerrimè detestari visi sunt.
5. Veruntamen capite damnati sunt a judicibus qui sententiam revocare noluerunt.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Rex eos servare cupiens incolumes, dolo maximè pio usus est.
7. Illius jussu, poenitentiæ sacramenti administer santes consolatum ivit.
8. Postridie omnes simul in ecclesiam sacrum Christi corpus accepturi venerunt.
9. Dein, Robertus judices his verbis allocutus est:  
«Non vestrum est ad patibulum mittere homines quos mensæ suæ Jesus Christus adhibere non deditatus est.

## CXXXIX. = RECAPITULACION GENERAL..

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

#### Dédalo.

1. Dædalus, Euphemii filius, artifex peritissimus, ob cædem Athenis commissam, in Cretam abiit, ad regem Minoem.
2. Ibi labyrinthum exstruxit.
3. A Minoe aliquando in custodiam conjectus, corpore suo et corpore Icari filii alas cera aptavit, dein cum eo avolavit in auras.

4. Dum Icarus altius evolabat, calor solis ceram liquefecit, et imprudens filius in mare decidit, quod ex eo Icarium pelagus est appellatum.
5. Dædalus autem in Italiam pervenit.

2.<sup>a</sup> PARTE.

Jerjes.

1. Xerxes, Persarum rex, ante navalem prælium quo victus est a Themistocle, miserat quatuor millia armatorum Delphos, ad diripiendum Apollinis templum, quasi bellum gereret non tantum cum Græcis, sed etiam cum diis immortalibus.
2. Quæ manus tota deleta est imbribus et fulminibus, ut intelligeret Xerxes quām nullæ sint hominum vires adversus deos.

CXL. = RECAPITULACION GENERAL.

El Ruiſeñor.

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Luscinia timida est, angues præcipue pertimescit, frigus tolerare non potest et placidis gaudet recessibus.
2. Suam diligit curatque conjugem.
3. Pullos ipsa suos educat et eos cantum edocet.
4. Mas solus aerem suavi melodiâ implet; femina silet.

2.<sup>a</sup> PARTE.

5. Nidum avis illa sub sepe aut carpineis virgultis struit, in taxis aut aliis fruticibus.
6. In regionibus tepidis, toto ferme anno cantat luscinia; sed vere, longè jucundior ejus cantus est.
7. Silvarum silentium, quies noctium ac recantans echo, favent canoræ illius voci.
8. Adeò perfecta illa est in modulando, ut meritò naturæ cantrix appelletur.

## CXLI. = RECAPITULACION GENERAL.

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

#### La Ballena.

1. Balæna habet super capite unam aperturam aut duas, quibus haustam rejicit aquam.
2. Est vivipara, et sæpè appetit in summo æquore, ducendi spiritus causâ.
3. Illa quæ incolit mare Boreale latet sub glacie.
4. Adeps quæ abundat defendit ejus sanguinem a frigore.
5. Longa est ut minimum centum pedes.
6. Vescitur vermiculis, insectis, harengis et aliis piscibus hujus generis.
7. Lac balænæ similis est lacti vaccino.
8. Illius animalis moles ingens secat fluctus maris, incredibile celeritate.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

#### La Zorra y la Máscara.

1. Vulpes, pullorum comedo, in domum comœdi aliquando subrepsit.
2. In eâ, larvam e céram invenit, quæ formosissimum exhibebat vultum.
3. Hanc inter unguis suos arreptam, modo in unam partem, modo in aliam vertit; colorum splendorem, lineamentorum teneritatem, accuratamque partium proportionem miratur.
4. Tum, subito, illam procul a se projicit, dicens: «Hui, pulchrum caput! cerebrum verò non habet.
5. Homines studiosi falsorum ornamentorum, cavete ne in vos cadere possit hoc vulpis lepidè dictum.

## CXLII. = RECAPITULACION GENERAL.

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

#### El Rústico y los Cortesanos.

1. Rustico cuidam occurrerunt aliquando duo aulici, qui multas asino suo plagas congerebat.

2. Nobiles illos viros infelicis asini misertum est, ipsique acerbè nimiam rustici crudelitatem coarguerunt.
3. Te non ergo pudet, inquit, quod tot ictibus miserum istum asellum cædas; neminem unquam crudeliorem te vidimus; exspecta saltem dum transierimus.
4. Vix illam audivit objurgationem rusticus, quum pileum reverenter sustulit, atque ad asinum conversus, sic locutus est: «Me pœnitet quod te læserim, mi aselle! mihi ignosce, nesciebam te amicos in aulâ habere.»

2.<sup>a</sup> PARTE.

El Carnero.

1. Vervex, mansuetissimum animantium, in nostros tantum usus natus videtur.
2. Ejus quippe lanâ, pelle, carne et ossibus utimur; nihilque in eo inest quod nobis inutile sit.
3. Delicatior vervecum valetudo defatigatione, solis ardore, humiditate, frigore, nive malisque herbis maximè læditur, unde fit ut morbos pestiferos concipient.
4. Usus salis illis renovat famem, servat illos planè valentes, eorumque lanam insigniorem ac meliorrem efficit.

CXLIII. = RECAPITULACION GENERAL.

1.<sup>a</sup> PARTE.

Moliere.

1. Nummum aureum eidam pauperi Molierus imprudenter dederat.
2. Noster homo sibi primùm suas res secundas gratulatus est; postquam Deo grates persolvit, sibimet ipsi vestem, uxori sarcinulas, et toti familiæ cibaria promisit.

3. Sed brevi factus est anxius; divites enim, inquit,  
non ita suam pecuniam obvio cuique, porrigunt.
4. Hic fortasse tam grandem pecuniæ summam dare noluit.
5. Extemplo virum de se bene meritum revocat, eique  
nummum aureum reddit.
6. Attonitus vates pauperi tam præclarè factum gratu-  
latus est, statimque alterum priori nummum  
addidit.

2.<sup>a</sup> PARTE.

El Camello.

1. Camelus bina habet in dorso tubera.
2. Sibilo et cantu ad progrediendum excitatur.
3. Si verò habetur duriter, absterretur.
4. Istæ autem belluæ grandes simul ac validæ, tanta  
portant onera ut terrestres naves vocatæ fuerint.
5. Satis est camelo unam quiescere horam, et unâ solùm  
offâ vesci singulâ die.
6. Novem aut decem dies sitim sustinet.
7. Annos circiter quindecim vivit.

CXLIV. = RECAPITULACION GENERAL.

La laguna Aquerusia.

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Circa Memphis, urbem Ægipiti, lacus erat Acherusia.
2. In more fuit incolis mortuorum corpora condire,  
eaque deinceps trans lacum inhumare.
3. Hæc primùm ad littus ferebant.
4. Omnes quibus aliquid erat defunctis exprobrandum,  
poterant eos coram judicibus insimulare, quibus  
eorum vitæ pensitandæ cura fuerat commissa.
5. Hanc illi diligenter scrutabantur, et nemo eorum  
severitatem reprehendebat.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Postquam defunctorum præclara aut turpia facinora  
exploraverant, audiverantque bonum aut malum

quod unusquisque de illis prædicabat, ferebant sententiam, cui omnes adstantes sine ullâ provocatione assentiebantur.

7. Defuncti qui virtute præstantes declarati fuerant, extemplo a parentibus atque amicis transvehebantur.
8. Hi verò quorum vita scelesta fuerat declarata, longè aliter habebantur.
9. Idem eos alitibus ferisque epulandos projiciebant, inter animalium cadavera.

#### CXLV. = RECAPITULACION GENERAL.

##### 1.<sup>a</sup> PARTE.

###### Frugalidad de los antiguos.

1. Frugalitas, inimica luxurioris epulis, est mater Ibonæ valetudinis.
2. Clarissimos antiquorum temporum viros non pudebat cœnare ac prandere in propatulo, quia cibi quibus erubescere potuissent in mensis eorum non subjiciebantur.
3. Deinde, ubi mores paulatim in pejus ruerunt, cives januis apertis pransitabant et cœnitabant sed tenuissimæ erant mensæ.
4. Mox, leges latæ fuerunt, quæ non solùm cœnæ sumptus finierunt, sed etiam ciborum genus et copiam.

##### 2.<sup>a</sup> PARTE.

###### El Gallo y la Perla.

1. Gallus invenit margaritam in sterquilinio.
2. Eam rejicit, dicens: «Gemmarum sculptor ageret gratias diis pro tali beneficio.
3. «Ista autem margarita mihi non solùm non convenit, sed etiam inutilis est, et felicissimum me putarem si nactus essem granum hordei.»
4. Hæc fabella docet homini quærendum esse tantummodo ea quæ illi sint consentanea.

## CXLVI. = RECAPITULACION GENERAL.

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

#### El Asno y el Perrito.

1. Quidam catello suo blandiebatur coram suo asino.
2. Iste sic ajebat invidus: «Quid facit hic catellus, ut domini sui blandicias mereatur? Protendit aliquoties pedem suum; ego quoquè porrigam meum.»
3. Sic fatus, quādam die in posteriores sese calces erigit et prioribus herum suum graviter permulcet.
5. Istius generis blandimenta herus repellit, servos accersit suos ac fuste asini comitas compensatur.

### 2.<sup>a</sup> PARTE.

#### El Lobo y la Grulla.

1. Lopus comedit ovem tantā aviditate ut os adhæserit faucibus ejus.
2. Tunc petiit, sed frustrā, auxilium ab omnibus animantibus, qui dicebant eum gulæ suæ pœnas expendere debitas.
3. Grus quædam, fallacibus inducta verbis, ausa est ex gutture perfidi animalis os extrahere quo suffocabatur; promissam deinde petiit mercedem.
4. «Næ, deliras, amica!» inquit lupus, ridendo: «mercedem petis, quum mihi vitam debes! Scias me potuisse tibi collum seccare. Abi, et memento mihi grates agere.»

## CXLVII. = RECAPITULACION GENERAL.

#### El Elefante.

### 1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Elephas, unum ex validissimis animantibus, quadrupedum maximum est.
2. Calidissimas Africæ, Asiæque regiones incolit.

3. Optimis præditus est dotibus, si quidem castorem intelligentiā, simiam solertiā, sensu canem æquiparat.
4. Hujus belluæ proboscis nervosum brachium est quo eradicat arbores; est eadem manus industria quā tenuissima corpora prehendit eaque minutatim dividit.
5. Quum sitit elephas, extremā potum trahit proboscide quæ, cæterum, adeò valet ut libras ducentas tollere possit.

2.<sup>a</sup> PARTE.

6. Habet præterea dentes quosdam, quos *falcatos* homines dicunt, quibus suis adoritur hostes aut propulsat.
7. Quamvis elephas cæteros superet quadrupedes mole corporis ac viribus; quamvis ejus proboscis dentesque maximè formidandi sint, nihilominus appetitur vinciturque a tigride, leone, serpentibus et rhinocerote.
8. Sed nullus est hostis ei terribilior homine, qui eum addicit in servitutem, aut etiam interficit, ad subripiendos dentes illos eburneos qui tot operibus prosunt.

CXLVIII. = RECAPITULACION GENERAL.

4.<sup>a</sup> PARTE.

Horacio el Tuerto.

1. Tarquinii, Romā pulsi, perfugerunt ad Porsennam, regem Etruscorum.
2. Qui, motus eorum precibus, bellum Romanis intulit, ut Tarquinios in patriam reduceret.
3. Eo bello enituit virtus Horatii Coclitis.
4. Ille enim sustinuit aliquandiu hostium impetum in Urbem irrumpentium per pontem.
5. Ponte a Romanis resciutto, prosiluit armatus in Tiberim, incolumisque ad suos, inter tela hostium, tranavit.

2.<sup>a</sup> PARTE.

Impiedad de Dionisio el Tirano.

1. Dionysius Major, Siciliae Tyrannus, crudelitatem non solum in suos exercuit, sed etiam fuit impius in deos.
2. In templum Jovis aliquando ingressus, aureum ei detraxit amiculum, quo a tyranno Gelone fuerat exornatus.
3. Ludibrium etiam impietati addidit, dicens: «Æstate gravius est amiculum aureum, hieme frigidius.»
4. Et laneum illi pallium injecit, quod dicebat esse aptum ad omne tempus.

CXLIX. = RECAPITULACION GENERAL.

Virtud de Epaminondas.

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Rex Persarum legatos miserat Thebas, ad corrum pendum Epaminondam, unum ex ducibus Græciæ clarissimum.
2. Ut advenerunt, iis tenuissimum apposuit convivium, in domo suâ, ubi omnia paupertatem nuntiabant.
3. Tantam demirati simplicitatem legati magnifica regis, domini sui, ei obtulerunt.
4. Epaminondas verò, contentus et felix in paupertate suâ, ea noluit accipere.

2.<sup>a</sup> PARTE.

5. «Ite, inquit, ite narraturi regi vestro mores et vitam Epaminondæ.
6. «Sua illi referte dona, quibus minimè mihi opus est, quæque possent me infelicem præstare.
7. «Frustrà auro oppugnare tentaretis homines qui frugalem degunt vitam, quosque paupertatis non pudet.»
8. Ita sentiebat, amici, clarus ille Thebanus, cuius posteri virtutes factaque semper mirabuntur.

CL. = RECAPITULACION GENERAL.

1.<sup>o</sup> PARTE.

**Babilonia.**

1. Omnibus Asiæ uribus Babylon magnitudine, splendoreque præstabat; hujus munitiones erant ex lateribus coctis, conexæ bitumine, triginta duo pedes latæ, altæque centum cubitos.
2. Pons ejus inter Orientis miracula numerabatur.
3. Supra arcem pensiles erant horti, quos amænum in modum magna altissimarum arborum inumbrabat copia.
4. Hos condidisse dicitur Nabuchodonosor, qui aurea argenteaque vasa omnia e templo hierosolymitano abstulit.

2.<sup>o</sup> PARTE.

**Muerte de Anibal.**

1. Romani tutos se non futuros esse existimantes, quamdiu viveret Annibal, legatos miserunt qui eum repeterent a Prusiâ, Bithyniorum rege, ad quem confugerat.
2. His ille quum tradere noluit; permisit verò ut eum in loco comprehendenderent, ubi se inclusum tenebat.
3. Annibal castellum quoddam tum incolebat, quod ei a rege traditum fuerat, et in quo, veritus ne deprehenderetur, secretos exitus ab omni parte fecerat.
4. Quum verò se obsessum vidit, venenum hausit, vitamque ita finivit.

PRIMERAS REGLAS.

DE

**SINTÁXIS.**

CLI.=LUDOVICUS REX.—URBS ROMA.—LIBER PETRI.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>o</sup> PARTE.

1. Annibal urbem Saguntum evertit.

2. Oppidum Genabum pons fluminis Ligeris continebat.
3. Juno, soror et conjux Jovis, urbi Trojæ non favebat.
4. Mosæ fluminis os amnem Rhenum Oceano infundit.
5. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenæos montes pertinebat.
6. Fundamentum est justitiæ fides.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Custos virtutum verecundia est.
8. Sapientia profuit Davidi et Salomoni, regibus Judæorum.
9. Miramur philosophos Socratem, Platonem, Aristotelem, decus et ornamentum Græciæ.
10. Obedientia fons est felicitatis.
11. Ignorantia nox animi est.
12. Olim, regio quam Helvetiam vocamus flumine Reno, monte Jura, lacu Lemano et flumine Rhodano continebatur.
13. Alexander, Macedonum rex, Darium vicit, regem Persarum.
14. Mercurius erat interpres et nuntius deorum.

CLII.—BONITAS DIVINA.

—PUER EGREGIÁ INDOLE O EGREGIÆ INDOLIS.

(Cláusulas sueltas).

4.<sup>a</sup> PARTE.

1. Decemvir Appius Claudius virginem plebeiam adamavit.
2. Fabia gens urbem Romam servavit.
3. Athenienses peloponnesiacum bellum suscepérunt consiliis Alcibiadis, adolescentis raræ audaciæ.
4. Solo, vir præclarà justitiæ, leges dedit urbi Athenis, litterarum et artium patriæ.
5. Veteres Asiæ populi scientiæ sideralis studio animum intendebant.
6. Donum divinum fides est.
7. Inclita est pugna marathonia.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Magna fuit clades Vari, ducis Romanorum.
9. Nero princeps fuit inauditæ crudelitatis.
10. Vita rustica magistra est parcimoniae, diligentiae et justitiae.
11. Virtus pompeianorum militum cæsarianos non semel perterrituit.
12. Albani incursiones in agrum romanum fecerunt.
13. Seneca, Neronis præceptor, vir erat excellentis ingenii.
14. Tigrim fert Asia, animal tremendæ velocitatis.

CLIII. = TEMPUS LEGENDI. — CULPA EST MENTIRI.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Mala et impia est consuetudo contra deum disputandi.
2. Loquendi et tacendi tempus explorat vir sapiens.
3. Consuetudo mactandorum hominum apud Græcos et Romanos exstitit.
4. Juvenilis ætas tempus est discendi.
5. Mens dicitur cogitandi facultas.
6. Parcimonia est re familiari moderatè utendi.
7. Parentes non amare impietas est.
8. Stultitia est periculum contemnere.

2.<sup>a</sup> PARTE.

9. Scelus est furari.
10. Boni civis est famam suam patriæ commodis posthabere.
11. Scelus est patriam prodere, parentes violare, deorum fana depeculari.
12. Misericordiae opus est mœrentes consolari.
13. Decus est vincere; dedecus vinci.
14. Peccatum est inopibus insultare; ignavia verum dissimulare; perfidia amicum deserere.
15. Duces semper quærunt occasionem gloriæ comprandæ.
16. Homines amo, qui utilitatem virtutis colendæ sentiunt.

CLIV.=DEUS SANCTUS.—PATER ET FILIUS BONI.

—VIRTUS ET VITIUM CONTRARIA.

—VERE SAPIENTES.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Ægyptus, regio fertilis, artium fuit seminarium. Illic, pastor et agricola securi glacialem hiemem vel immodicas pluvias non metuunt.
2. Solo et Lycurgus, legislatores græci, celebres sunt in historiâ.
3. Reformidemus iram terribilem judicis inexorabilis.
4. Solum calculosum et jejunum, bene cultum, fructus dat suavissimos.
5. Mollem, otiosam et delicatam vitam damnat Evangelium.
6. Apud Spartanos, viri et feminæ, labore indurati, temperantiae assueti, luxum et voluptates, bonis moribus noxia, aspernabantur.
7. Contraria sunt veritas et mendacium.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Populi et urbes Græciae, Persarum irruptionibus obnoxii, non semel Atheniensium virtute servati sunt.
9. Verè sapiens divitias contemnit.
10. Studia et occupationes Atheniensium et Spartano-rum erant diversa.
11. Deus semper ignoscit verè pœnitenti.
12. Verè christiani erant plures Israelitæ, et hodiè verè judæi sunt multi christiani.
13. Terra, aqua, aer, ignis, chao mixta, potentia Dei separata sunt.
14. Verè stultus est athæus.
15. Verè docti viri sunt modesti.

CLV. — TURPE EST MENTIRI. — DEUS EST SANCTUS.

—CREDO DEUM ESSE SANCTUM.

(Cláusulas sueltas.)

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Hostes suos vincere pulchrum est, gloriōsius verò cupiditatibus præstare.
2. Qui moritur miser non immaturè moritur.
3. Seythæ perpetuò intacti et invicti mansère.
4. Exstitit Brutus romanæ libertatis vindex.
5. Scytharum gens antiquissima semper habita est.
6. Hominis refert fortē in adversis, moderatum in prosperis esse.
7. Cujusque civis refert patriæ legibus esse obedientem.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Cæsari contigit esse magno duci et scriptori perito.
9. Difficile est imperare, obedire facile.
10. Scite Deum esse justum, sed misericordem.
11. Vir probus miser fieri potest; nunquam contemnendus evadet.
12. Necessè est regi esse simul bono et severo.
13. Pulchrum est pro patriâ mori.
14. Dulce est amicum iterū videre.
15. Convicia contemnere honestum est.

CLVI. — AVIDUS LAUDUM. — CUPIDUS VIDENDI.

—SIMILIS PATRIS O PATRI.

(Cláusulas sueltas.)

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Puer avidus gloriæ aut armorum peritus doctus evadet.
2. Homo decoris non est incuriosus.
3. Homo inops consilii et experientiæ perpetuā in pueritiâ remanet.

4. Pythagoras homines sapientiae studiosos philosophos appellat.
5. Magna pars Babyloniorum avida erat videndi Alexandrum.
6. Demosthenes Platonis audiendi studiosus erat.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Cæsar, potentiae avidus, non cupidus erat gallici belli conficiendi.
8. Omnia animantia, præter hominem, rationis experientia sunt.
9. Similes parentibus ac majoribus suis filii plerumque creduntur.
10. Mors communis est cujusque ætatis.
11. Addolonymus affinis erat priscis Sidonis regibus.
12. Virgilius, poeta latinus, ferè æqualis est Homeris, poetæ græci.
13. Laboris patiens erat Catilina, civis romanus.
14. Indoctus homo arbori sterili similis est.

CIVIL. — MIHI UTILE EST.

—PROPENSUS AD LENITATEM.

(Cláusulas sueltas).

4.<sup>a</sup> PARTE.

1. Aspectus viri boni malo ingratus est.
2. Homo mollitie assuetus, impar erit laboribus tolerandis.
3. Treviri proximi sunt fluminī Rheno.
4. Omne animal id appetit quod naturæ suæ est accommodatum.
5. Falernum vinum, ait Cicero, mihi ad diversorium semper visum est idoneum.
6. Nihil naturæ aptius est quam amicitia.
7. Libri idonei sunt animo alendo, ut alimenta corpori.
8. Ad jocandum pronus erat Vespasianus; ad iram propensus Theodosius.

2.<sup>a</sup> PARTE.

9. Naturā propensi sumus non solum ad discendum,  
    sed etiam ad docendum.
10. Meticulosi homines proni sunt ad consciendum  
        malum.
11. Magnæ divitiæ magnis periculis sunt obnoxiae.
12. Imperator Adrianus vitæ frugaliter degendæ et  
        tolerandis belli laboribus erat assuetus.
13. Mali ad mendacium sunt proclives.
14. Dux semper paratus est fortis exercitūs sui milites  
        remunerare.
15. Copiæ nostræ victoriæ videntur assuetæ.

CLVIII.=POPULABUNDUS AGROS.

—PRÆDITUS VIRTUTE.—MIRABILE VISU.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Polyphemus totam gemebundus obambulat Ætnam.
2. Epaminondas moribundus clypeum osculatus est,  
        velut gloriæ laborumque comitem.
3. Postremi imperatores romani, castra vitabundi, ami-  
        citiam barbarorum auro mercabantur.
4. Mens est prædita motu sempiterno.
5. Varus homo erat summâ religione et summâ aucto-  
        ritate præditus.
6. Homo ratione destitutus feræ similis est.
7. Deo servire facile est; hominibus satisfacere difficile.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Amicus verus res est difficilis inventu.
9. Triumphi maximè gloriosi difficillimi sunt relatu.
10. Malum facile est factu, et aliquando difficile resartu.
11. Epaminondas gratulabundus patriæ expiravit.
12. Animus per somnum sensibus et curis vacuus est.

43. Xerxes, Persarum rex, omnibus fortunæ donis erat refertus.
44. Difficile sed jucundum est musicæ studere.

CLIX. = DOCTIOR PETRO.—FELICIOR QUAM  
PRUDENTIOR.—MAGIS PIUS QUAM TU.

(Cláusulas sueltas).

4.<sup>a</sup> PARTE.

1. Nullum novi animal callidius quam vulpem, fidelius quam canem, validius quam leonem, utilius quam bovem, majus quam elephantem.
2. Melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria.
3. Castigationes semper salubriores sunt blanditiis et adulacione.
4. Improbi sæpè locupletiores sunt viris bonis; sed boni viri sæpè beatiores sunt divitibus.
5. Nullam pestem novi capitaliorem quam adulacionem.
6. Sæpè amicus amico aperit consilium utilius et sapientius quam jucundius.

2.<sup>a</sup> PARTE.

7. Felicius quam fortius certavit Octavius.
8. Potiones amaræ salubriores sunt quam suaviores.
9. Philippus, Alexandri pater, non erat fortior quam astutior.
10. Panis magis necessarius est quam cætera alimenta,  
Vulpes sunt magis industriæ quam hirci.
11. Demosthenes magis erat conspicuus quam cœteri omnes oratores græci.
12. Nullum habuit Socrates discipulum magis assiduum quam Platonem.
13. Sol terrâ major est.
14. Nihil magis necessarium est quam mandata Dei peragere.

CLX. = MAGIS PIUS QUAM TU.—MAJORI VIRTUTE  
PRÆDITUS.—DOCTOR EST QUAM PUTAS.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Artificium naturæ forsan magis mirum est in minimis quam in maximis.
2. Romani aliquando fuere magis feri quam gentes quas barbaras appellabant.
3. Urbs Lutetia populo minus frequens est quam urbs Londinium.
4. Imperator Marcus Aurelius majori virtuti præditus fuit quam Faustina.
5. Dictatura majori digna erat honore quam consulatus.
6. Majori odio quam pestisignum est peccatum.
7. Mors est tetra minus et gravis quam putamus.
8. Post diluvium, homines pejores se gesserunt quam antea se præbuerant.

2.<sup>a</sup> PARTE.

9. Prudentior erat Brutus quam filii Tarquinii putabant.
10. Arbores sæpè plures fructus promittunt quam præstant.
11. Laudes utiliores sunt hominibus quam putatis.
12. Græci magis metuendi erant quam Xerxes putabat.
13. Hector, filius Priami, Trojanorum regis, fratribus suis fortior erat.
14. Cicero, orator romanus, Sallustio doctor erat.

CLXI. = ALTISSIMA ARBORUM.—VALIDIOR MANUUM.  
—MAXIME OMNIUM CONSPICUUS.—UNUS MILITUM.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Feles, ex animalibus ingratissimum, numen quoddam habebatur apud Ægyptios, hominum insanissimos.
2. Arduenna silva est totius Galliæ maxima.
3. Larix et abies omnium arborum altissimæ et rectissimæ sunt.

4. Optimus populi romani judeicatus est Scipio.
5. Alexandri amici erant Craterus et Æhestion; huic principi carior erat Æhestion.
6. Cæsar et Pompeius multas retulere victorias; hic felicior fuit, ille peritior.
7. E duobus malis minus elige.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. E duobus hominibus indoctior semper est superbior.
9. Roma fuit omnium urbium maximè conspicua.
10. Via quæ dicit ad gloriam est omnium maximè ardua et lubrica.
11. Justissimus quisque levissimas admittit culpas.
12. Romanos inter consules multi pauperrimi exstitere.
13. Civitates maximè insignes Græciæ fuerunt Athenæ et Lacedæmon.
14. Inter animalia, sicut inter homines, crudelissimum quodque solet esse ignavissimum.
15. Nemo nostrum de morte cogitat.

CLXII. = EGO AUDIO.—PETRUS ET PAULUS LUDUNT.

—TURBA RUIT O RUUNT.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Deus unus est æternus; fuit, est, eritque semper.
2. Latrant quidam oratores, non loquuntur.
3. Apostolis dixit Jesus: «Ego sum vitis, cultorque est pater meus; vos me invocabitis, egoque vos exaudiam.
4. Lacedæmonii et Athenienses populi erant moribus dissimilibus.
5. Jesus Christus dixit: «Ego sum bonus pastor;» — nos sumus oves Jesu Christi.
6. Pompeius, Lentulus et Scipio fœdè perierunt.
7. Augustus et ante eum Cæsar sub dictatorum nomine regnaverunt.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Ego et Cicero valemus, si tu et Tullia valetis.
9. Ego et pater meus patriæ operam navavimus.
10. Tu et frater meus, ajebat Tullius, uno meo facto corruistis.
11. Maxima pars hominum de vitæ brevitate queruntur.
12. Ciborum multitudo corpori nocet.
13. Magnus hominum numerus jucunda utilibus anteponunt.
14. Maxima puerorum pars futuris præsentia posthabet.

CLXIII. = AMO DEUM.—IMITOR PATREM.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Deum cole, parentes ama, magistrum metue.
2. Gloria virtutem tanquam umbra corpus sequitur.
3. Vivum argentum vasa aurea exedit et perrumpit.
4. Alexander et Cæsar magnam famam adepti sunt.
5. Virtutem sapiens amat; honores et divitias contemnit; summos non ambit magistratus; mediocritate suâ semper contentus est.
6. Vestigia clarorum virorum sequamur, et, ut ii, posterorum laudes obtinebimus.
7. Saulus, postea Paulus appellatus, christianos primùm vexaverat; deinde verò Ecclesiam consolatus est.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Virtutem vitium insectatur et gloriam comitatur invidia.
9. Febris vires corporis, tanquam desidia animi vires, depascitur.
10. Fuge aleas, frange tuam iram, jusjurandum serva, et bonam civium existimationem servabis.
11. Romani, exiguarum gentium sinitimarum victores, bellum moliti sunt adversus populos potentiores.
12. Ambitiosus fortunam insectatur, eam sapiens domi opperitur.

CLXIV. = MUSICA ME JUVAT.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Modestia juvenem decet; eum garrulitas dedecet.
2. Judices decet manus et oculos abstinentes habere.
3. Patrem non fallere debet agendi ratio filii sui.
4. Socratem, quamvis doctum, multa fugiebant; itaque ignorantiam modestè confitebatur.
5. Omnes homines mors manet; homines tamen mortem non exspectant.
6. Consilia Dei nos fugiunt; illum non fugit quid homines deceat.
7. Absalonem, Davidis filium, manebat mors funesta.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Atheniensem populum minimè juvabant gladiatorum pugnæ.
9. Neminem inter vos fugiunt supplicia quæ impios homines manent.
10. Dei humilis et pauperis discipulos decent paupertas ac humilitas.
11. Plerosque græcos philosophos, licet doctissimos, fugiebat vera sapientia.
12. Si peccata nostra cæteros homines fugiunt, Deum ea non fallunt, illum non prætereunt.
13. Omnes fugit fatum quod nos manet.
14. Atticum, Ciceronis amicum, libri delectabant.

CLXV. = STUDEO GRAMMATICÆ. — DEFUIT OFFICIO.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Rebellibus pueris maledicit Deus.
2. Priscis studete linguis et præceptoribus vestris satis facietis.
3. Adversa fortuna virtute et ingenio semper non parcit.
4. Sæpè res secundæ lumini rationis officiunt.

5. Homines elegantioris vitæ plaudunt comœdo scitè partes suas agenti, maledicunt verò sapienti virtutem colenti.
6. Varietas satietati occurrit.
7. Est judicis innocentia subvenire.
8. Libido fortunæ gentibus moderatur.
9. Olim philosophi regiis epulis aderant.

2.<sup>a</sup> PARTE.

10. Duilius exercitui præerat qui de Pœnis primam navalem victoriam retulit.
11. Quod obest imprudenti sæpè sapienti prodest.
12. Nicæo concilio adsuit Constantinus imperator; sed a lugdunensi aberat.
13. Regi Dario sinceri defuerunt amici.
14. Modicâ fortunâ contenti estote, nec unquam a vobis aberit felicitas.
15. Sæpius dolor voluptati subest.
16. Mors nemini parcit.

CLXVI.=IMMINERE, IMPENDERE, INSTARE.—ID MIHI ACCIDIT, EVENIT, CONTINGIT.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Urbis Carthaginis opes imperio romano imminebant.
2. Quum natus est OEdipus, magnæ calamitates parentibus hujus principis viri institerunt.
3. Acerbi mœrores puero impendent qui officiis suis deest.
4. Non terret sapientem mors, quæ omnibus hominibus instat.
5. Sexcenta pericula indesinenter hominis vitæ impendent.
6. Impiis a Deo imminent pœnæ gravissimæ.
7. Gladius qui Damoclis capiti impendebat, tyrannorum felicitatem adumbrat.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Timoleonti contigit ut oppressam liberaret Siciliam.
9. Sæpè magis expedit viris principibus inimicos habere quām adulatores.
10. Reges semper habent adulatores periculosos : id Alexandro accidit.
11. Atheniensibus expedit consilia Themistoclis audivisse.
12. Labor sæpiissimè naturæ pravitatem corrigit : id Demostheni contigit.
13. Dario, Persarum regi, non placuit Charidæmi Græci admonitum.
14. Non eadem terra arboribus convenit et frugibus.
15. Antonio non placuit Ciceronis consulatus.

CLXVII. = HOMO IRASCITUR MIHI.

—EST MIHI LIBER.—HOC ERIT TIBI DOLORI.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Amicis meis irasci non soleo.
2. Debemus obsequi patriæ legibus,
3. Romani non opitulati sunt urbi Sagunto, sociarum omnium eis fidelissimæ.
4. Philosophia animi morbus medetur.
5. Canis, dum hero blanditur, suum ei amorem significat; aulici verò, principibus adulando, se illis inimicos præbent.
6. Magnis viris semper erunt inimici, gloria enim invidiā semper concitat.
7. Animis cœlestis origo est.
8. Longæ regibus sunt manus.

2.<sup>a</sup> PARTE.

9. Homini cum Deo aliqua similitudo est.
10. Mors Alexandri magno dolori Macedonibus fuit.
11. Clades et fuga Xerxis magno gaudio fuerunt Atheniensibus.

12. Morum neglectio magno adolescentibus damno est.
13. Cato suam Scipioni liberalitatem et magnificentiam vitio dabat.
14. Illustris Fabi! tibi tuam cunctationem vitio veterunt Romani.
15. Nulli genus suum criminis vertere debemus.
16. Virtus homini felicitati est.

CLXVIII. = ABUNDAT DIVITIIS.

—FRUOR OTIO.—MISERERE PAUPERUM.

(Cláusulas sueltas).

1.<sup>a</sup> PARTE.

1. Sol cuncta luce complet; nihil ex rebus quæ generantur e terrâ potest carere lumine hujus sideris.
2. Pompeius Romam redit Orientis onustus spoliis et gloriâ resplendens.
3. Puer qui timet Dominum nullâ re carebit.
4. Carne porcinâ abstinent iudei.
5. Gallia risis et fluminibus abundat.
6. Divitiis, nobilitate, viribus multi male utuntur.
7. Improbi diu scelerum fructu frui non possunt.

2.<sup>a</sup> PARTE.

8. Discipulus impiger officiis suis libenti animo fungitur.
9. Pane homines, herbisque animalia vescuntur.
10. Pompeius ultra gloriabatur victoriis quas retulerat.
11. Homines recte factorum possunt oblivisci; eorum verò Deus meminit.
12. Instante fati necessitate, improbus non sinè terrore præteritæ vitæ meminit; vir bonus contrâ recte facta grata recordatur.
13. Vir sapiens injuriarum oblivious, ut ingratus acceptorum beneficiorum.
14. Alexander Darii filium misertus est.
15. O Deus, misericordiarum tuarum recorderis.

CLXIX.

RECAPITULACION

DE LAS PRIMERAS REGLAS DE SINTÁXIS.

Claudio.

Imperator Claudius, historicis si credere oportet, princeps exstitit suorum existimatione indignus. Ille, ad fœdissimam intemperantiam proclivis, memoriam sæpè amitterebat; idem pronus erat ad quædam imperandum peractu horribilia. Quādam die, triginta senatorum et trecentorum equitum supplicium ei spectaculum aspectu pulcherrimum et plebi delectandæ maximè idoneum visum est. Quum aliàs miserum athletam videret mediā in arenā jacentem, illius non misertus est, et uni ex lictoribus, qui circumstabant eum, dixit: «I, lictor, i hominem istum jugulaturus, ego enim cupidus sum faciem illius contemplandi animam efflantis. Propera, hoc mihi voluptati erit.» Aliàs etiam, audito viri consularis suppicio, placidè dixit: «Illud non jusseram, attamen bene est.» Hominem crudeliorem et stupidioris incuriæ non prefectò facilè invenias.

CLXX.

Teodosio.

Theodosius Magnus, natus in Galleciâ, Hispaniæ regione, Trajano par virtutibus vir exstitit, sed vitiorum expers quæ inclito populari jure exprobrantur. Illi, rei bellicæ duci perito, religionis studiosissimo, digno prorsùs favore divino, contigit quod fortasse nulli contingat ex principibus qui ante illum regnaverant. Vix Constantini solio potitus, Orientem in pristinum splendorem restituerat, quum populi Occidentis, cupidi eâdem

felicitate fruendi, ei se sponte dederunt. Quivis animo minus elato superbissem et hanc fiduciā esset abusus. Theodosius contra, fortunae insolentiam superans, imperatorio munere diligenter quam antea est functus, quippe qui nunquam oblivisceretur summæ illius legis quæ terrestrem quamlibet potestatem dominatur, quæque summis atque infimis maledicit, si nocentes sunt, et felicitatem æternam justis promittit.

## CLXXI.

### El padre de Horacio á su hijo.

Horatii pater, unius ex illustrissimis poetis apud veteres, æqualis fuit et amicus poetae Virgili. Quamvis libertus et paupertatis vicinior quam donis fortunæ abundantior, non ideo minus filii rectè instituendi cupidus fuit quam nobilissimus quisque inter cives urbis Romæ. Vitii enim illecebras prævidendi et avertendi peritus: «Vide, Horati, inquietabat, vide Albiū istum, qui fuit olim opulentissimum equitum nostrorum; appetentior verò voluptatis quam famæ et valetudinis cupidior, desidia amicior quam agendæ vitæ diligentius assuetior, rem omnem familiarem devoravit, et nunc egestior est quam nos, et infelicior quam infimus plebeiorum. Dictu padendum, quum impar esset minimo labore ferendo, vitiumque fugiendo quod exitio nobis est, ei sapientiori et digniori virorum bonorum existimatione evadere non licuit. Tu, fili, mores istius hominis imitari non debes; magis modicus in voluptatibus esto, et Albio dissimilis, re tenui contentus vives, miseriarum expers eris, quæ prodigos manent.

## CLXXII.

### La isla de Rodas.

Ego et unus inter amicos meos, ait auctor fide dignus, Rhodum insulam peragravimus, etiam nunc tam

pulchram, sed minus celebrem quam pricis fuit temporibus. Exstat illa fasciculo florum et frondium similis. Infinita multitudo palmarum, siliquarum, sycomororum, ampliarum platanorum et sicuum domos obumbrant. Omnes viatores cupidi sunt veteris invisendae civitatis, cui idem cognomen est ac insulae, ubi stant intactae domus equitum rhodiorum, postea melitensium, incliti ordinis etiamque scuta gentilitia januis insculpta. Si Turcae, jandudum amoenam illam sede potiti, non sunt proni ad quidquam novi moliendum, haud procliviores videntur ad aliena delenda opera. Gens illa tranquilliori indole est quam nos; diligentiores verò nos sumus ac solertiores; illa voluptatis appetens est magis quam utilibus assueta laboribus. Itaque maxima pars superstitione imbuti sunt atque litterarum expertes, nos contra doctrinam omniumque rerum prudentiam floremus.

### CLXXXIII.

#### A los cazadores.

Post messem, venandi tempus veniet. Tu et pater tuus, qui semper avidissimi fuistis istius exercitationis crudelioris quam jucundioris, arma capietis ambo et campos peragrabitis. Lepus, animal timidissimum, et perdix matrum tenerrima, erunt hostes ira vestra dignissimi. Gratius vobis erit imbellis illas occidere bestias, et earum nece, quasi clarissimo facinore, gaudebitis. Tunc, incliti bellatores! hymnum victoriae non obliviscemini; et quum redibitis, tam nobili praedam onusti et contenti, triumphalis currus vos profecto manebit. O crudelissimi mortalium! Quum vos cædes delectet, adoriamini saltem animalia animo vestro exercendo magis idonea. Gloriosius vobis esset exagitare lupos, qui vervecum carne vescuntur, vulpes, quæ chortes populantur, et istos præsertim furentes apros, qui falcatis dentibus utuntur in canes et in venatores.

CLXXIV.

A los discípulos.

Si cupidi estis veteres cognoscendi auctores, qui Græciæ Romæque honori fuere, si doctrinæ quam divitiarum et voluptatum estis avidiores, litterarum studio amplectimini, iis diligenter studete, et memoriam implete locis operum animo informando mentique exornandæ idoneis. Adolescens artium studiosus laboris et lucubrationum patiens, successus splendidos et dignos invidiâ sperare potest. Claros imitamini viros qui indebilia ingenii sui monumenta reliquerunt, Plinium Majorem præsertim qui, disciplinæ avidus et litterarum studiosissimus, cupidior semper fuit legendi et scribendi quam propensior ad fruendum voluptatibus ætati suæ accommodatis. Vestigia verò sequi non debetis quorumdam adolescentium studii negligentium ardorisque expertum, quia illos otium unum juvat. Verè doctorum exemplum, qui, a juventute, ingenium colendi cupidi fuere, imitatu utilius est.

FIN.







